



## **Chronicon chronicorum ecclesiastico-politicum**

ex huius superiorisque aetatis scriptoribus concinnatum ; qua non modo pontificum, archiepiscoporum, abbatum, &c., set et doctorum armis literisque illustrium, dies natalis ... egregiaque eorum ... facinora ... breviter delineantur ...

**Gruterus, Janus**

**Francoforti, 1614**

II. Theatrum conuersionis Gentium totius Orbis, sine Chronologia de vocatione ommium Populorum, & propagatæ per vniuersum Orbem fidei Christianæq[ue] religionis descriptio: Auctore Arnolde Mermannno.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64659)

THEATRUM  
CONVERSIONIS  
GENTIVM TOTIVS  
ORBIS;

S I V E,

CHRONOLOGICVM  
*De Vocatione omnium populorum,  
propagata per uniuersum orbem  
fidei Christianaę religionis  
descriptio;*

AVCTORE

ARNOLDO MERMANNIO



TALIA vniuersa, ipsaęque adeo orbis vni-  
princeps Roma fidei religionisęque Chri-  
stianę auspicia atque initia cepit anno salu-  
tis, id est, à nato Christo, plus minus 40  
Claudii Imperat. secundo. Claudius vni-  
edicto publico (forte nimio Simonis mag-  
studio, cui auream statuam hac cum inscriptione nuncu-  
parat, SIMONI MAGNO DEO) Is, inquam, Claudius  
præcepit Iudæos omnes Roma excedere auctore S. Luca  
Quos miseratus Agrippa Iudæorum à Claudio Rex con-  
stitutus in Iudæam admisit: verum mox illi res nouas mo-  
litu

ti, & in alias & alias seditiones versi, immensam cladem  
 atque stragem, teste Iosepho & aliis, sunt perpeffi, aliique  
 morte, alii profligatione & exilio, alii proscriptione sunt  
 mulctati. Interim Apostoli accepto nuper spiritu san-  
 cto, & induti virtute ex alto, testes ac confessores &  
 martyres Christi futuri, euangeliumque deportaturi  
 ad omnes mundi sinus, atque angulos, coacta syno-  
 do, commodatis communicatisque mutuo fidei religio-  
 nisque sententiis, capita ipsa in symbolum quod voca-  
 mus conflauere: vt produnt S. Clemens, Cypria. Am-  
 bro. Ruffi. Petr. Chrysol. August. Leo Papa, Isido. &  
 alii auctores classici. Atque ita demum summa cum con-  
 sensione, relictis ob perueciam Hierosolymis, in gentes  
 dispersi, predicauerunt, vbique Domino cooperante, &  
 sermonem confirmante, sequentibus signis, inquit S. Mar-  
 cus cap. 16.

*Epist. ad Iac.  
 frz. Domini  
 in Compēdio  
 fidei in expo-  
 sit. symb. v.  
 pist. 81. &  
 Ser. 38. in  
 symb.*

*Ser. 57. &  
 seq. Ser. 1. in  
 Vigil. Pentec.  
 & lib. ad Ca-  
 tec.*

*Epist. 13. de-  
 cret. lib. 2. de  
 diui. off. &  
 lib. 6. et. ca.  
 19. & lib. 1.  
 de sum. vo.  
 cap. 23.*

*Act. 11.  
 S. Petr. pra-  
 sedic. ecclesia  
 Antiochensis  
 secundum Ni-  
 ceph. Cōstāt.  
 annos 11. in  
 sua Chro.*

Orbis igitur Vrbi supremæ atque præcipuæ, Aposto-  
 lorum caput seu vertex ac primas in fidem religionem-  
 que Christianam asserendæ vindicandæque (non sine nu-  
 mine Diuum) destinatus est ab Oriente in Occidentem,  
 à Iudæis ad Gentes, vti dudum oraculis compluribus  
 que vaticiniis diuinis fuerat prælagitum, S. Petrus ho-  
 minum piscator iuxta Christi sponfionem auspiciissi-  
 mus futurus, & in suum rete, mundum vniuersum fe-  
 lici omine Christique præsidio pertracturus. Quum  
 enim Antiochensem fundasset Ecclesiam, vbi primum  
 Christo qui nomen dederant vocati sunt Christiani, ibi-  
 que episcopatum administrasset sex annos, prædicato  
 interim dispersis per orbem profugisque Iudæis euan-  
 gelio in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, Birthy-  
 nia, tota Palæstina & Syria, annoque septimo appe-  
 tente, expugnaturus Simonem magum ac præstigia-  
 torem, contendit Romam, ibique cathedram sacerdo-  
 talem, sedemque episcopalem, apostolicam, primam te-  
 nuit, asseruit, vindicauit annos xxv. vsque ad vltimum,  
 hoc est xiv. Neronis, quo etiam cruci affixus est, corpo-

*Ecc. hist. lib. 2. cap. 14. & lib. 3. cap. 1. & sequent. & in Chrono. lib. de prescript. her. De her. s. ad Quod. Hares. lib. 2. cont. lit. Pet. cap. 51. epist. 265. de schismate Donatistarum & alibi. Lib. 3. cont. her. Valent. ca. 1. & seq. Ca. reb. 2. 6. 11. 17. Lib. 3. de excid. Hist. cap. 2. Lib. 7. cap. 7. lib. 1. Fabul. her. Lib. 4. cap. 21. de Ver. relig. Lib. 4. Epist. 2. ad Antoma. Serm. 107. lib. 1. Hist. 4. 2. 1. Lib. 5. epist. 32. & alias. In apol. pro sua fuga. Lib. de heres. cont. Nonato. heres. Lib. 1. 10. 2. heres. 21. 17. & in anch. ra. Liber. cog. Lib. consist. Apoll. & in com. end. Lib. 4. av. mat. To. 2. 11. 1. 2. in Luc. in Chronol.*

retransverso, capite deorsum, pedibus sursum; asseritur, indignum, qui, vti Dominus, crucifigeretur. Eius huius ac locupletissimos pariter ac grauissimos auctores habent Hieron. in Cata. script. Eccles. Euseb. Cas. Tertull. Irenæ. Cyrill. Hieros. Egesipp. Paul. Oros. Theodorus Lactant. Cypria. Pet. Chrysol. Abdi. Babylon. Amb. Ater ma. na. Phil. Brixienf. Vincent. Lirin. Epipha. Clement. Alexan. Orige. Nicepho. Constant. Patru. vni P. Nicepho. Call. Dorothe. Iustin. Philosoph. Mart. Io. Cl. que c. folt. Bernard. Leon. Pont. Max. Maxi. Taurinenf. Gre. idem Turo. Freculph. Lexouienf. Eutrop. Io. Zona. Sulpi. trem. uer. Fulgent. Ruspenf. Afr. Georg. Cedren. Honor. nulla gustudu. Optat. Mileuit. Damas. Pont. Max. Adon. nulla Historic. cunctos, omnium conent. Patres, Iustinia. An. Photium Patriarch. Constant. qui, cum fuerit Græc. neque parum de hæresi suspectus, à quo nihil eiusmodi peccandū videbatur, præter ceteros elegantissime D. C. stantini M. donationem S. Syuestro Pontif. Max. eiusq. successoribus factam, describit Dionys. Corinthi Ep. scop.

Neque aliunde (per Deum immortalem) vnquam h. reses emerferunt, nisi, quod huic tedi, in qua, teste S. C. & rerum perpetuo vsu atque experientia, nunquam haretes aut natae sunt, aut educatae non acquiescunt nisi inquam, quod huic sacerdoti, vnico & singulari Ch. sti Vicario ouilisque Dominici pastori œcumenico ac vniuersali, à reliqua fraternitate vniuersa non obeditur, inquit Cypr. libr. 1. Epist. 3. Vni Petro sepetra. consecrauit, eumque adificandæ Ecclesiæ, cui pot. ta inferi nullo tempore praualerent, basim solidam fore differuit: vni Petro clauis regni cœlorum tradidit: vni Petro ligandorum iuxta ac soluendorum peccatorum auctoritatem concessit. Matth. 16. In vnus Petri nauiculam ei contra omnem ventorum, aquarum, fluctuum, tempestatum iniuriam, suppetias la. turus,

; afferendus, & opem, conscendit Luc. 5. Pro vnus Petri fi-  
 ius hille ac perseuerantia rogauit. Luc. 22. Vni Petro fir-  
 s habentandorum fratrum & in fide seu instruendorum seu re-  
 certull. arandorum collegatum curam commisit. Ibid. V-  
 odomaius Petri erga sele affectum atq; studium accurate, imo  
 mb. iter maxime explorauit & inquisiuit. Cum vno Petro  
 ent. tanquam pari & velut alter ipse census est. Denique  
 Patre vni Petro & pascendos & regendos suos agnos oues-  
 to. que credidit. Ioann. 21. Matth. 17. Quumque omnibus  
 ni. Gredem periculum immineret, pro vno Petro oratum Pa-  
 Sulpiu trem habuit: vt reliquorum extincta, Petri vnus fides,  
 nonor. nulla temporis intercapedine, nulla hominum iniuria,  
 lon. V nulla mortalium barbarie, nullis diaboli artibus, nulla vi,  
 ia. Imp nullo astu, nulla tyrannide deleretur. Luc. 12. & exau-  
 Grati ditus est pro sua reuerentia Heb. 5. vt fides Petri nun-  
 imodiu quam abroganda, ceterarum Ecclesiarum fidem ro-  
 eD. C boraret, aut labefactatam purgaret, ab Ecclesia S. Pe-  
 e. eufo tri quali omnium matrice & parente reliqua omnes  
 thi E veritatis sempiterna ac inuicta lumen acciperent, ac-  
 ceptum custodirent, amissum forte, reciperent, illi po-  
 stremo quicquid tandem equi bonique haberent, ac-  
 ceptum ferrent: vti ex probatissimis quibusque scripto-  
 ribus liquet, quos enumerare longum est. Ceterum  
 eum huic nostrae compendiosae tabulae incongruum ef-  
 fet, & incommodum, vniuersarum Ecclesiarum succel-  
 siones, omnium episcoporum, seu doctorum, seu pasto-  
 rum series examussim commemorare, maxima eiusque  
 antiquissima (vt D. Irenaei verbis vtar) omnibusque co-  
 gnita a gloriosissimis duobus columnibus SS. Apostolis  
 Petro & Paulo Romae fundatae, & constituta Ecclesia  
 eam quam habet ab Apostolis traditionem, annuncia-  
 tamq; hominibus fide per successiones Episcoporu perue-  
 nientem ad nos vsq; indicantes, confutamus ac confundi-  
 mus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sui malam pla-  
 centiam, siue philautiam, vel vanam gloriam, vel animi vi-  
 cium, mentisque caecitatem, & malam sententiam, aut

*Lib. 2. cap. 14.*  
*& seq. & lib. 22*  
*cap. 1. eccl. hist.*  
*In Synopsi.*  
*in Parousi ad*  
*gens circa illud*  
*Psal. 48.*  
*Vocauerunt*  
*nomina sua in*  
*terra sua.*  
*Serm. de Ioan.*  
*Bapt. & Ser. de*  
*S. Pet.*  
*S. r. 2. de annu-*  
*ues. r. de af.*  
*comp. & al. b.*  
*Ser. de Pet. &*  
*Paul.*  
*Lib. 1. hist.*  
*cap. 23.*  
*To 2. lib. 1.*  
*cap. 16.*  
*Lib. 5. To. 3.*  
*Lib. 1. hist.*  
*Lib. de in car.*  
*& grat. cap. 11.*  
*in Compen. hist.*  
*in Chron.*  
*Lib. 1. p. 2.*  
*ni. Donat.*  
*in h. uicif. al. in*  
*sext. etat.*  
*Nicen. Conf. 2.*  
*Eph. sechal. et.*  
*& reiq.*  
*Lib. 1. de*  
*Summa Trin. &*  
*fid. cath. in No-*  
*mo. anono*  
*Tit. 8. cap. 1.*  
*Dionysium al-*  
*erat De. Euf. b.*  
*Cel. lib. 2. cap.*  
*25.*



quamcumque cupiditatem, præterquam omnes conu-  
gunt, sapiunt, credunt. Ad hanc enim Ecclesiam allouit  
pter potentiorẽ principalitatem, necesse est  
conuenire Ecclesias, hoc est, eos qui sunt, vndique  
deles, in qua semper ab his qui sunt vndique con-  
ta est ea quæ est ab Apostolis traditio. Ita fere illi  
hæc quidem ita paucis de triumphante in fidei re-  
nisque fastigio, rerumque Christianarum potiunte  
dicta sunt. Iam nunc ceteras Apostolorum & Apo-  
corum virorum Ecclesias, inde deriuatas atque ori-  
inspiciamus.

Palæstina & cuncta Iudæa, ipsaque Hierosolyma  
scopum, & Apostolum sortita est statim à Domini  
sione communi totius senatus Apostolici constitu-  
atque suffragiis S. Iacobum fratrem Domini, cog-  
mento Iustum, Anno Christi nati xxxiii. ibique sa-  
dotis munere functus est xxx. annos, id est, vsque  
Domit. Neronis septimum, eius cathedra asseruata  
summo cum honore, sicut & S. Petri, Pauli, aliorum  
que Apostolorum icones: vt legere est apud Euseb. C  
hist. Ecc. libr. 2. cap. 1. & 23. & lib. 7. cap. 14. & 15. Nicepho  
Constant. patri. in Chrono. Hieronym. in Catalog. Ioseph  
libr. 20. Antiq. Iudaic. cap. Egesipp libr. 5. Abdi. Babylo  
lib. 6. Nicepho. Call. lib. 2. cap. 38. Clem. Alexand. lib. 6  
7. Strom. Io. Zona. To. 3. Ado. Viennens. de 6. atat. Geor  
Cedren. in Compend. Hist. August. To. 4. lib. exposit. in  
pist. S. Paul. ad Gal. lib. 2. cont. Crescon. Grammat. cap. 13.  
Hippolyt. Episc. Portuens.

In Iudæa item fidem Christi deprædicarunt & præ-  
pagarunt S. Matthæus ex publicano apostolus, ibique Eu-  
angelium Hebraice scripsit anno 41. apud Capernaia  
& S. Iacobus frater Ioannis Zebedæi filius prædicauit  
12. tribubus quæ erant in dispersione, quem securi per-  
cuti iussit Herodes Iudæorum Tetrarcha Anno 36. S.  
mona quoque Chanaanus Christi Euangelium Iudæis  
pro-

*A. Simeon  
Cleopha fr-  
terus.*

omnes divulgavit, & Iacobo è pinnaculo templi præcipitato, &  
 Clefiam allonis fuisse interfecto, in Episcopatu surrogatus est an-  
 est anno 65, vt habet Chronol. Niceph. Const. Euseb. Caf. libr. 3.  
 vndiq. Hiftor. cap. 11. & in Chro. Hieron. in Cata. Nice. Call.  
 e. com. lib. 2. cap. 12. Clem. Alex. 7. Strom. Egeſip. Io. Zona. Georg.  
 ere ill. Cedre. Ado. Viennens.  
 dei re. Ferunt Matthiam etiam in Iudæ Iscariotis locum suffe-  
 ante R. Etum, populum Iudaicum docuisse, Sophro. Historia Tre-  
 Apoll. neriana, scriptor quidam Hebræus vitæ S. Matthiæ nu-  
 e orium per Abdæ Babyl. adiectus. Hic mihi obiter adnotan-  
 dum putavi, id quod prodit Eudius, secundus à S. Petro  
 Antiochenium episcopus, explicans illud Act. 8. de ec-  
 cles. Christi dispersione, nimirum omnes discipulos 72.  
 diaconos, fideles huc illuc timore persecutionis grassan-  
 tis, vertisse solam, & relicta vrbe Hierosolymitana, in di-  
 versas terras diremptos, exceptis apostolis, quibus edito  
 diuino cautum fuerat, & inhibitu ante annum 12. Hie-  
 rosolymis excedere: & interea eos passim communi stu-  
 dio atque conatu mutuam commodasse omnes ope-  
 ram diuulgando euangelio Iudæis, quod refert Euf.  
 Caf.

Inde mundi partitione quodammodo facta, ad suas  
 quisque prouincias sorte obtingentes abierunt, iuxta illud  
 Psalm. 18. Rom. 10. In omnem terram exiuit sonus eorum,  
 & in fines orbis terræ verba eorum: & primum quidem per  
 discipulos profugos & dispersos Iudææ, Galileæ, & Sama-  
 riæ ciuitates Christum didicerunt, Act. 8. & sequ. demum  
 vero catechizatos quosque, fideique rudimentis imbutos,  
 & seu per Philippum, seu alios euangelistas Baptismi sacro  
 fonte lustratos, Apostoli Petrus, Ioannes, & alii firmarunt,  
 roborarunt, ac Spiritu sancto donarunt, vti ex Actis Apo- *Act. 8. 19.*  
 stolicis liquet.

Samaria, Gaza, Azotus, Eunuchus Candacis reginæ  
 Ethiopum, Casarea per Philippum diaconum euangeli-  
 stam; Phœnices, Cyprii, Cyrenaici, Antiocheni per alios

& alios extorres il'os & dispersos (quos diximus) Certe  
discere atq; tonare cœperunt anno Christi 34. Tib. Pontif. Max. quod est apud Luc. Act. 8. 11. ab  
Petro Pontif. Max. quod est apud Luc. Act. 8. 11. ab  
Cæs. lib. 2. cap. 1. & in Chro. Sophron. Nicepho. C. 2. cap. 6.

Europæi Scythæ, Thraces, Thessali, Macedoni  
gdiani, Sacci, Idesteni, Achaici, Byzantini, qui nunc  
Constantinopolitani, vnius Æthiopiæ indigenæ, ab  
Euxini maris accola, Amasæi, Synopenfes, Nicen  
rinthii, Philipponfes, Thessalonicenses, Patrenses, ab  
Asiæ populi, ab Andrea apostolo Christi Evangelium

docti sunt anno XL. & quod excurrit, vt ita loqui  
Eius rei auctores sunt Sophron. Euseb. Cæs. lib. 3. cap.

in Chro. Hiero. in Cata. Niceph. const. in Chron. Nic  
Call. lib. 2. cap. 39. lib. 3. cap. 1. lib. 8. cap. 6. Io. Zona. Ge

Ced. Tib. Cato & Claudio Romanis Impp. S. Petro Po

Max. Idè de S. Andrea scribit D. Abdias primus ab apost

Babyloniæ consecratus apostolus idemque episcop

quem diu olim ex Hebræo D. Eutropius S. Petri audiu

genere Persæ, Græcum fecit, ac deinde Iulius African

cuius subinde meminit S. Hieronymus, ex Græco redd

Latinum.

Maiores Armenia, Syria tota (nam trium Syriarum

minit Optat. Mileuit. libr. 2. duarumque Armeniarum

Scythia Orientalis, Asiatica, & Asia superior in nassam

Petri Christi que fidei, saragente S. Philippo apost. allec

est vna cum collega Bartholomæo. Item iisdem aposto

iugum Domini suauè subiit Phrygia, India Fortunata, qu

ad Æthiopiã vergit, & altera quæ Oceano alluitur, & te

ria, quæ Medis contigua, eueris que vbique idolorum di

lubris, lucis excelsis, aris dirutis, simulacris exustis, Diuin

Numini sacros, tanquam regias ac templa & altaria, ce

clesiisque sacerdotes & antistites consecrarunt, quemad

modum S. Pet. Iaco. Andr. alique & alii, alibi & alibi, anno

ab apostolici cœtus diuisione LXX. & quod excurrit, prin

cipibus Ro. variis, S. Petro potissimum Pont. Max. vt re

perite

Verbo illo &  
quod excurrit,  
vt optatius, se  
mel atq; iteru  
S. August. li. 7.  
de bapt. cap. 7.  
& 16. 26.  
Par. ult. de pos  
pra eo quod di  
ctum plus mi  
nus; aut sic ut  
Hieron. contra  
Lucif. 20. an  
plus vlt legun  
tur item vlti.  
Vie. lib. 3. O  
ros. lib. 7.  
Lib. 3. hist. 4.  
post.

uapiana Vnde  
nihil nomen  
vnde nomen a  
pud Germanos  
Kirchen, La  
tina Dominica  
hinc Demher  
ren Dominos ca  
theziales dici  
mus.



erire est apud Abdiam Babylo. lib. 8. Euseb. libr. 3. cap. 1. *Hist. apost.*  
 Sophron. in Cata. Nicepho. Call. lib. 2. cap. 29. Ioan. Zona.  
 8. 11. habuerunt illi secum copiam Euangelii teste Sophro. 2<sup>o</sup>  
 ho. C. *uaria 109.*

*Æthiopia altera, citerior, (ni fallor) in sortem prædica-*  
*tionis obrigit S. Matthia apostolo, & quedam cum Iudæa,*  
 tum Galilææ dioceses, testibus Sophro. Niceph. Call. libr.  
 2. cap. 40. Scriptore eius vitæ Hebræo, qui pridem histo-  
 riæ D. Abdia, ut præfati sumus, accessit S. Pontif. Maxim.  
 Tibe. Caio & Claud. Imp. Anno & quod excurrit,  
 xxxiv.

Ad Anthropophagos in Æthiopiam interiorem (post-  
 quam suis Hebræis Hebraice tradidisset, scripsissetque  
 Matthæus apostolus euāgelium) apostolicam functionem  
 obiturus penetrauit, dæmonum cultum aboleuit, statuas  
 eorum est demolitus, & focos & aras, umbratos lucos, li-  
 bidinis omnisque impudicitia scholas succidit, erexit sa-  
 crauitque Ecclesias, altaria, sacerdotes, virgines easq; veia-  
 tas perpetuæ castitati mæcipauit, instituit ritum Missæ: sic-  
 ut S. Iacobus Hierosolymis, & alii in suis quisque prouin-  
 ciis. Inter sacrificandum pugione à tergo petitus fortiter  
 pro Christo occubuit anno plus minus 1x. S. Petr. Pontif.  
 Max. Claud. Aug. Vide mihi Euf. Cas. in Chro. lib. Ec. hist.  
 3. cap. 29. Abdi. Babyl. libr. 7. Sophro. Catal. Doroth. Syn-  
 ops. Niceph. Call. lib. 2. cap. 4. lib. 3. cap. 25. Adon. Viennés.  
 stat. 6. Io. Zona. To. 3. Georg. Ced.

*Æthiopiæ illi, vbi est ostium & irruptio Apsari al. Pha-*  
*sis portusque Hylli, fidem Christi denunciauit Mat-*  
 thias, apostolicum ad ordinem ex discipulorum classe ascen-  
 tus. Qui homines barbaros & agrestes, eosque an-  
 thropophagos, ad mitioris mansuetiorisque vitæ con-  
 suetudinem reducens, præstigiatoribus & maleficis in-  
 cantoribus superatis, extractis Ecclesiis, multisque fi-  
 dei Christianæ suscitatis candidatis & alumnis, postre-  
 mo criminationibus oppressus, primum lapidibus peti-  
 tus testium, dein capite truncatus interiit. Mandauit

vero testium duos primos lapides secum tumulo dant  
 Claud. S. Petr. Pont. Max. anno, & quod excurrit, &  
 stor. Sophro. in Cat. Niceph. Call. lib. 2. cap. 40. Doro-  
 Synop. auctor vitæ Hebræ.

Reliqua Æthiopia, Felix Arabia, Erythra, Tapro-  
 insula, mari rubro clausa, habuit euangelii præconer-  
 nuchum Regina Candacis à S. Phil. po edoctum,  
 Act. 8. Tib. principe A. S. Petr. Pont. Max. anno Do-  
 xxxiii. teste Euf. Ec. Hist. lib. 2. cap. 1. Doro. Synop.  
 ceph. lib. 2. cap. 6.

Parthi, Medi Persæ, Magi, Bactri, Hircani, Indi, Æ-  
 pes, Taprobani, Edessæi, Bragmani, Germani per præ-  
 giam S. Thomæ Apostoli ad Christi fidem perducti  
 & extincta idolomania, ædificatis templis compluribus  
 augustissimis, consecratis aris, deuotis Deo animis, per  
 ptis Eucharistia mysteriis (& quidem sub altera, panis  
 quam, specie) omnem barbariem exuerunt anno xlv.  
 quod excurrit, partim Claud. partim Domit. Ne-  
 Imp. A. A. S. Petr. Pontif. Max. id quod legere est in C  
 Sophro, apud Euseb. lib. 1. cap. vltim. lib. 3. cap. 1. in Chro-  
 Niceph. Call. lib. 1. capit. 40. lib. 3. capit. 1. Adon. Viet  
 Io. Zona. Georg. Ced. Doro. Synop. Abd. Bab  
 lib. 9.

Numidiam, Mauritaniam, Barbariam, reliquam que  
 fricam, vna cum Æthiopia, quam à meridie respicit,  
 ipsi Apostolis Christo consecratam existimo; deinde  
 22. Martyrum sanguine, imperante Valeriano A. Anno  
 ccl. vi. in fide firmatam astruit D. Io. Schomer. & Au-  
 gustinus alibi refert suo tempore fidem Christi in Afri-  
 ca cccc. annos durasse, perpetuamque Pontificum Max-  
 successionem, S. Cyprianum quoque præfuisse Car-  
 thagini anno ccl. Fabiano & Corne. Pontif. Max. & tunc  
 quidem Africam plusquam lxxx. habuisse episcopos et  
 Concil. Carth. 1. constat, quod videtur circa Stephani  
 Pont. Max. tempora celebratum anno plus minus ccl. vi.  
 Sauiente item persecutione Vandalica in Christianos  
 præfer-

rassetim catholicos, & ecclesiasticos fuisse viros præ-  
 tantissimos in Africa Antistites, qui plebem continebant  
 in officio, quum passim & Itali & Hispani & Galli & Ger-  
 mani ad Deorum idolorumque cultum redirent, variis  
 historiis demonstrari potest: & hæc fuit S. Augustino A-  
 frico causa scribendorum librorum 2. de ciuitate Dei, &  
 Orosio Hispano 7. & Saluiano Massiliensi 8. de iudicio &  
 prouidentia Dei. Arnobium quoque & Tertullianum in  
 Africa floruisse nono nescit. Præterea illam prolixam hi-  
 storiam de traditione sacrorum codicum, de qua sæpe Au-  
 gust. Optat. Mileuit. & alii.

In Africa fuisse olim quinque metropoles cum ex Sy-  
 nodo Mileuitana, tum D. Optato Mileuitano libro 1. &  
 2. liquet, tametsi Iustinianus lib. 1. & 2. C. de offic. præf.  
 prato. Afric. & Paul. Oros. lib. cap. 2. septem Africa pro-  
 uinciis septem responderè metropoles insinuent. identi-  
 demque significat Optatus libr. 4. Africam vero totius  
 orbis opum fuisse ditissimam, Carthaginemque alteram  
 in Africa Romam appellari solitam, & ab ipsis Aposto-  
 lis fidei Christianæ nuncupatam asserit D. Saluianus libr.  
 7. Ecclesias autem Africanas vsque adeo dotatas fuisse  
 à Diuis Augustis Principibus, præter alios prodit D. O-  
 ptat. libr. 1. & 3. contra Parmenia. & Diuus August. libr.  
 3. cont. Crescon. cap. 29. Vt calices reliquaque vasa  
 sacra fere aurea & argentea fuerint, & vestimenta vel au-  
 rata vel auro argentoque intexta, & eiusmodi quoque  
 suppellectilem ecclesiasticam extitisse Constantinopoli,  
 Hierosolymis, Romæ, Mediolani, Nolæ, Campania,  
 & per omnes ferme ecclesias, vel ex hoc probatum est,  
 quod non raro, vel alendorum pauperum, vel redimen-  
 dorum captiuorum causa, sæpe distracta sint, sæuenti-  
 bus passim in Christianos seu Hunnis, seu Gothis, seu  
 Vandalis, seu aliis Barbaris. Diuus Hieronymus refert  
 etiam libros sacrosque codices inauratos, & purpura ac  
 bysso vestitos, auroque argentoque cælatos, nonnul-

los habuisse aureis, argenteisque characteribus ista  
 cialibus micantes, praefat. in lob. fuisse vero nomi  
 sacrorum vasorum custodes Constantinopoli, eosque  
 precio habitos, ut non raro ad patriarchatu acciti  
 prodit D. Nicephor. Constantinopolitanus in sua  
 nologia. Vide mihi D. Photium Constant. patriar  
 2. cap. 2. Gratian. de consecrat. dist. 1. Hieronim.  
 epist. ad Rusticum, Concilium Remense, cap. 6.  
 chard. V Vormac. libr. 3. cap. 96. Iuon. C. not. pa  
 cap. 282.

Abgarus siue Augarus Toparcha & regulus Ede  
 norum, quem singulari & epistolii & suae imaginis be  
 ficio Christus praeter alios mortales est dignatus, cum  
 uersa vulgi nobilitatisque pariter multitudine, idolola  
 am dedit, Christi que molle capistrum subiit praedi  
 ba Thaddaeo illuc a S. Thoma apostolo destinato an  
 Domini, & quod excurrit, xxxii. al. xxxiiii. Tiber. in  
 A. S. Pet. Pont. Max. quod est apud Euseb. libr. 1. c. 11.  
 Chron. Niceph. Call. lib. 2. cap. 7.

Alexandria, quam ob cultum diuinum isthic flore  
 tem, plebisque sanctimoniam, non infrequenter Pa  
 disum Domini veteres nuncupant, sicut & Antiochia  
 Theopolim, tota quoque Aegyptus fidem Christi pete  
 pit, praepatore S. Marco, S. Petri Romae discipulo.  
 secundus Euangelium scripsit; quod cum S. Petro prob  
 retur, apostolica auctoritate ecclesiae legendum relique  
 fundavit multas ecclesias apostolico more, docuit absti  
 nentiam, continentiam, spontaneam paupertatem, &  
 seculi fugam atque contemptum, anno XLIV. & quod ex  
 currit, Nero. Imp. S. Pet. Pont. Max. Ut narrat S. Hiero  
 ron. in Cat. Euseb. libr. 2. cap. 15. & in Chron. Clemen  
 Alex. VI. Hypotypof. Philo Iud. Papi. s. Niceph. Cont.  
 in Chron. Niceph. Call. libr. 2. cap. 15. & seq. Dorothei  
 Synopsi.

Indiae orientali, & apud Brachmanas, quos Abraham  
 ex concubinis posteros quidam arbitrantur, Magi illi, qui  
 stella

Stella duce Christi cubabula sunt venerati, doctrinam Evangelicam tradidere: unde apud Diuum Io. Presbyterum (quem Sophum vocant) eiusque haecenus posteritatem religionis Christianae non obicura remanere vestigia omnibus in confesso est, inquit D. Otho Frisingeni, libr. 2. cap. 33. Quum enim essent Magi, vt nonnullis visum est, oriundi ex genere Balaam, qui de apparitura aliquando stella fuerat vaticinatus, iusserunt senatusconsulto, vt <sup>Nom. 24.</sup> 12. Sacrapatum filii quotannis in monte Victoriali sidus observarent: & vna cum stella denique visus est puerulus crucifer, quo pergendum eis esset indicans: profectique biennium, 13. die Christi nati venerunt Bethleem; indeque in patriam Euilath, & Sabam reuersi, Christi Evangelium suis ciuibus & contribulibus denunciant; ac postremo Thomae aliisque Apostolis iuncti in fide solidius instituti Sacramentis Christianis sunt inaugurati, plurimumque propagandae religioni profuere anno, & quod excurrit, XI. Cato Calig. Imper. S. Pet. Pontif. Maxim. id quod reperire est apud Euseb. libr. 1. cap. 7. Epiphan. har. 30. cont. Ebion. & har. 51. cont. Alog. Chrysostr. homil. 2. super Matth. in opere imperfecto, Nicephor. Call. libr. 1. cap. 13. & 14. Vincent. specul. hist. lib. 7. cap. 91. & 92. Io. Zona. Georg. Ced.

S. Paulus anno Christi nati plus minus xxxiv. Tiberii August. xix. autore D. Hieron. & historicis plerisque ad fidem Christi vocatus, perque Ananiam Damasci catechizatus Actor. 9. siue post Christi apotheosin, & in caelos relationem anno septimo, vt placet Euodo primo post S. Petrum Antiocheni Episcopo, statim a S. Stephani persecutione, mense sexto, ilico Evangelicus pugil effectus Damasci Christi fidem praedicat, Iudaorum perfidiam confutat: inde Arabiae religionem Christi intulit, expletoque illic & insumpto diligenter promulgationi Evangelicae triennio, pertransita Damasco, contendit Hierosolymam: hinc vbi Petrum, Ia-

*Al. Euodio.  
Niceph. Call.  
lib. 2. cap. 3.*

Tametsi plerique  
Cepham,  
Petrum inter-  
preantur.

cobum fratrem Domini, & Ioannem conuenisset, Neophorone accepta, Casaream, & inde Tharsum, ubi fuerat Chronus, est missus. hinc à S. Barnaba accitus Antiochia, ubi Cepham Cania praesulem vnum ex 70. discipulis palam omnibus refellit, vt habet in sua Synopsi Domini oraculo diuini flaminis, tum etiam totius senatus praesumpti S. Petro praeside Pontif. Maxim. Claud. Imperatoris anno, & quod excurrit XLIII. decreto, post indictum ieiunium, post suas ad Deum preces, post manuum impositionem stolicarum impositionem delegatus est, varias subinde peregrinationes terra marique, ad Gentes. Hæc post Arabicam profectioem anno conuersionis numero 3.

Tertium igitur profectus Paulus Seleuciam, Cyprium, Salaminam, Paphum, Pergen, Pamphyliam, Antiochiam Pisidia, Ionium, Lystram, Derben, aliasque caonia, Pamphyliæ, & Pisidia, ciuitates, Attalia, egrigie suo functus munere, & ordinatis constitutisque suis quibusque presbyteris, Antiochiam Syriae est reuersus. Oborta vero quaestione de lege Mosaica, S. Paulus & Barnabas, Titus, & alii aliquot rem ad apostolos Hierosolymam deferunt. Coacto igitur concilio, & S. Petro, Iacobo, aliisque apostolis censoribus quaestione dirempta legeque Mosaica abrogata, denuo S. Paulo, Barnaba, Sila, & aliis classicis legatio ad Gentes demandata est anno Christi XLV. al. LII. Neque id repugnat ei quod anno XLIV. secundo Claudii, Petrum Romam venisse, probatum volumus. Nam apostolos omnes per diuersa mundi prouincias separatos, oraculis diuinis admonitos vt Hierosolymam properarent, & S. Virgini Mariae parentarent, iustasque exequias persoluerent, locuples testis est Dionys. Areo. & quidem oculatus. Factumque est istuc anno Claudii quinto, si Nicephoro Call. fides habenda est, hoc est Christi nati XLIV. al. XLV. I. passiv. Vide Epist. Dionysii Areo. ad Timotheum, qui cum sanctissimo Hierotheo affuerat parentationi. Nicepho-

Epiphorus Call. 2. cap. 3. 21. & seq. libr. 15. cap. 14. Epi-  
 phorus hanc. 78. aduersus Antidicomariauitas. Eusebius in  
 Chron. Serm. Hiero. ad Paulam & Eustoch. de Assum-  
 ptione Mariæ. D. Augustin. Tom. 9. lib. de Assumptione  
 Virgin. Mariæ, & Serm. 34. de Sanctis s. de Mariæ As-  
 sumpt. 10. Zona. Georg. Ced. qui putat Mariam anno  
 ætatis LXXII. aut LVII. post passum Christum xxiv. ob-  
 iisse mortem. Defuncta est hac mortali vita beata Mariæ,  
 teste D. Euodio, in domo Ioannis euangelistæ & aposto-  
 li in Sion, in loco cœnaculi, anno ætatis, LIX. Christi nati,  
 xlii. passii, xii. al. xi. Stephani lapidati, ac Pauli con-  
 uersi, III. Vt habet Niceph. Call. libr. 2. cap. 3. Verum  
 hæc *ἀπίστα* sunt.

Soluta concilio apostolico, quod diximus, & editis  
 canonibus & constitutionibus elegantissimis, dimissus ite-  
 rum ad Gentes S. Paulus cum Barnaba, Iuda siue Barfa-  
 ba, Luca, & Sila rediit Antiochiam Syria, & peragrata  
 Syria, intrat Ciliciam, ac deinde Lycaoniam pertransi-  
 ens, Phrygiam, Galatiam, Macedoniam, \* Misiæ, Phi- *Al. Misiæ.*  
 lippos, Troadem, Samoethracem, Neapolim, Theatirum,  
 Amphipolim, Apolloniam, Thessalonicam, Berrhœam,  
 Athenas, Corinthum, Cenchras, Ephesum, Casaream,  
 demum Antiochiam sese recipit, firmatis vbiq; ecclesiis,  
 propositisque concilii Apostolici sanctionibus, quas octo *Al. 11. 16.*  
 libris perstringit S. Clemens Rom. Pont. Maxim. aposto-  
 licisque canonibus LXXXV. al. LXXXIV. à S. Clemente  
 Pont. Max. editis, & à Theodoro Balsamone patriarcha  
 Antioch. scholiis illustratis, item Liturgicis religionibus,  
 & Missæ canone, omnique ritu Christiani cultus tradito,  
 siue ore tenus, & quasi lampas cursu, per manus, siue scri-  
 pto. Nam utroque modo sese euangelicam doctrinam  
 tradidisse ipsemet S. Paul. profiteretur, & Dionys. Ateopa. *1 Cor. 11. 18.*  
 & alii.

Quintum S. Paul. adornat profectioem transita Ga- *Gal 1.*  
 latia, Phrygia, Epheso, Macedonia, Achaia, aliisque A- *1. Thess. 2.*  
 siæ prouinciis: in votis (inquam) habet ire Hierosolyman *2. Thess. 2. 39*

& inde Romam. Cæterum cum id iter ei diuina  
 dam nua esset prohibitum Rom. i. quemadmodum  
 alias, moram longius trahit apud Asianos, Græcos, Pheli-  
 ros, reuersus per Philippos, Tröadem, Asson, atque  
 Macedoniæ vrbes. Hinc nauigio deportatus est in  
 nen, inde Chium, postridie Samum; & sequentem  
 lerum, quam hodie Maltham appellant; & coactaque  
 do Epheli, habita concione de sua doctrina, & de hæreti-  
 dis hæreticis ac nouatoribus paranesi, nauigat Comonias  
 postridie Rhodum, & inde Pataram; hinc in Phœniam  
 & inde relicta ad sinistram Cypro appulit in Syria, denique  
 profectus Tyrum, deinde Protēmaidem, hinc Casarem Hispa-  
 nit, ex animi sententia, anno Christi nati l.v. passus  
 Claudii Imp. A. xii. Felice Claudii liberti legionum  
 daicarum præfecto, trium reginarum (teste Tranquillo  
 ton.) marito, Clau. Lysia cohortis Hierosolymitanæ  
 buno, Anania summo sacerdote apud Iudæos.

Hierosolyma S. Paulus, appellato Casare, depo-  
 nitur Romam, postquam biennium egisset Casaræ  
 hera custodia, commissusque Iulio Centurioni coho-  
 Augustæ à Festo Felicis successore Iudææ procuratore  
 post multa discrimina rerum, denique terris iactatus  
 alto, salutatis libereque conuentis, ac in fide ubique  
 matris fratribus, applicuit ad urbem 2. Neronis autem  
 Christi passus, sui que conuersi, xxv. Christi nati, l.vii.  
 anno mundi, M. cclviii. vrbis conditæ vi. i. viii.  
 lympiade, ccviii.

Cum vero duos Romæ exegisset annos clementer  
 benigneque habitus, necdum Neronis Imperio robo-  
 to, nec in tanta erumpente sceletera, quanta de eo narratur  
 historiæ, dicta accurate apud Casarem causa absolutus est  
 & à Nerone dimissus, anno pontificatus max. in vrbe Ro-  
 ma S. Petri xviii.

Quarto itaque Neronis anno, S. Paulus Romam  
 cur

118. 16.

In Claudio.



diuina in ciuibus, tum patriciis & palatinis satis in Christi fide  
 modum structis, scriptis quoque huc illuc de carcere epistolis ad  
 Græcoph. Philipp. Timoth. Philemon. postremum iter in-  
 son, arellus peragravit tertium aut quartum Syriam, Pamphi-  
 s estiam, Lycaoniam, Phœnicen, Mysiam, Phrygiam, Ga-  
 ueniam, Bithyniam, Achaïam, Macedoniam, reliquam-  
 oacta que Græciam pariter & Asiam, Illyricum vique Christia-  
 & de fide religionis prorogans pomaria, ac velut deducens co-  
 Comonias, collocatis passim firmis quasi pratidiis, adificatis-  
 Phœnicæque fanis sacris, ordinatisque episcopis. Demum ad Occi-  
 Syria, dentis & Europæ climata importare euangelium studens,  
 Carian Hispaniam primum, hinc Galliam, inde Britanniam, pri-  
 ymandem à Claudio Imper. triumphatam anno Christi XLVI.  
 passim Orchades, cæteraque Oceani regiones seu insulas extre-  
 norum mas quasque petens, id quod etiam alii apostoli fecerunt,  
 rang. per Germaniam in Italianam contendit, partim relictis hic  
 nicanz ibi mystis, partim huc illucque destinatis apostolis, euan-  
 gelistis, prophetis, doctoribus, pastoribus. Sauiente ve-  
 ro Neronis tyrannide eodem anno, & die, quo S. Petrus  
 Romæ palo affixus, Paulus capite plexus est, auctore E-  
 gelippo, Hiero. Euseb. Niceph. & aliis quibusque, tamer-  
 li D. Abdias Paulum biennio post Petrum martyrium sub-  
 nisse sentiat, anno Neronis secundum Euseb. XI. at secun-  
 dum D. Hieronymum & alios XIV. & vlt. Christiani, LX  
 VII. passim, xxxv. Conuersionis, xxxvi. Pontificatus  
 Max. S. Petri, anno xxv.

*Lib. 1. de ex-  
 cid. Hier. c. 24.  
 In Catal. Lib.  
 2. ec. h. f. c. 25.  
 Lib. 2. cap. 36.  
 Lib. 3. h. f. c.  
 ap. p. 1.*

Ioanni apostolo in sortem prædicationis obtigit Asia,  
 cuius omnes fundauit, rexitque ecclesias vsque ad decre-  
 pitam atatem, id est Traianum principem.

Quum igitur hætenus ecclesia fuisset instar virginis,  
 nullique hæreseon notis maculata, coactus est aduersus  
 Cerinthum & Ebionem euangelium scribere; quum alii  
 tres pridem sua euangelia scripto commendauissent edi-  
 dissentque.

S. Io. hæreticorum consuetudinem tantopere asperna-

batur, vt ne communi quidem cum Cerintho aut  
vti balneo voluerit. Cum esset annorum xcviij. in  
bdiam, vel cxx. secundum Dorotheum, apparuit  
stus, & horam atque diem mortis denunciat, &  
ratis in fide & charitate ecclesiis, viuis descendit in  
am, tanta subito luce & claritate redemptus atque  
scans, vt nemo fulgorem ferre valeret. Sepulchra  
ro cepit ilico specie quadam manna scaturire, &  
demonas, morbosque omnigenos virtutis cuiusdam  
latentis energia ceu numinis multa exempla edere.  
tuus est anno Christi nati cii. passus, lxxviii. In  
Imp. Euaristo Pont. Max. Vide Hieron. in Catal. De  
in Synopsi. Eusebium lib. 3. cap. 1. & sequent. & in  
Abdi. libr. 4. histor. apostol. Epiphani. her. 30. con-  
bion. Nicephor. Cal. libr. 3. cap. 14. Ado. Vienn.  
Io. Zona. Quando vel vbi canon apostol. 84. de  
scripturæ albo editus sit, mihi incertum est; euangeli-  
vero semper traditum fuisse, neminem fugit.

Iam vero mortuis & ad meliora translatis Aposto-  
fundatisque passim ecclesiis, cœnobiis, monasteriis, Ce-  
sti apostolorumque discipuli apostolica munia obierunt  
& Timotheus quidem Ephesiorum à S. Paulo confes-  
tus episcopus, Christi euangelium per Illyricum vni-  
samque Helladem promulgauit; Titus Cretensibus à  
Paulo datus est episcopus, & insulis circumiacentibus  
Neque id praterendum est S. Paulum hisce episco-  
pæcepisse, vt presbyteros & episcopos ciuitatibus, atque  
provinciis quibusque nuncuparent. 1. Tim. 3. Tit. 1. anti-  
& quod excurrit, xl.

Barnabas primus Romæ Christum prædicauit, post  
Mediolani episcopus fuit.

Ananias Damascenorum apostolus fuit & episcopus  
eodem tempore.

Philippus primum diaconus ab apostolis cum Stepha-  
no, deinde episcopus Trallensium in Asia factus est, eo-  
dem tempore.

*Vide Dorotheum  
in Synopsi.  
Hieron. in Catal.  
Euseb. Niceph.  
Call. Abdiam,  
Placent. De-  
mocha. Fascic.  
comp. Grægor.  
Turon. Adon.  
Viennens.  
Ada Sierixæ.  
Masse. Comen-  
ta. Sabellæ.  
Meyer. Anto-  
nin. Petrus de  
nat. Richar.  
Wassbourg.  
Sigebert. Fran-  
cesc. Irenæ.*

Procha

Prochorus diaconus quoque primum, demum Nico-  
 edia, Bithynia datus est episcopus eodem tempore.  
 Nicanor & ipse vnus ex septem, Iudaea apostolus fuit,  
 eodemque die quo S. Stephanus, vna cum syndiacono ac  
 protomartyre, aliisque promiscui sexus & conditionis 2000.  
 mortem pro Christo subiit.  
 Simonitem ex septem vnus Bostri apud Arabes episco-  
 pus fuit.

Nicolaus quoque diac. Sapiae episcopus & apostolus  
 praefuit. Verum postea in spurcissimam haesim lapsus  
 est, vt scribunt Epipha. Tom. 2. lib. 1. haer. 25. Philast. &  
 Damascen. de haeret. Theodorit. de fabu. haeret. libr. 3.  
 August. ad Quod. de haeret. 5. Tertull. libr. de praescript.  
 haeret. & libr. 1. cont. Marcion. Niceph. Call. lib. 3. ca. 15.  
 Euseb. lib. 3. cap. 29. & alii.

Silas Corinthiorum praesul fuit, constitutus a S. Paulo.  
 Siluanus Thessalonicensium primus episcopus creatus  
 est a S. Paulo.

Crescens Chalcedone in Galliis a S. Paulo antistes cre-  
 atus fuit.

Epanetus S. Pauli auditor in capite Africae Carthagini  
 episcopus praesedit.

Andronicus S. Pauli quoque in fide alumnus, primus  
 Pannoniae apostolus, atque episcopus est declaratus.

Amplias Odyssae fuit episcopus, Pauli item discipulus.

Vibanus, cuius quoque S. Paul. meminit ad Rom. Ma-  
 cedoniae episcopum egit.

Stachius ab Andrea apostolo primus Byzantii, quae nunc  
 Constantinopolis a Constantino Magno, auctore voca-  
 tur, episcopus designatur, vti etiam Niceph. Constant. in  
 sua Chrono. commemorat.

Apelles Smyrnensium episcopus extitit.

Aristobulus Brettanniae est in auctoratus.

Narcissus Patrarum, cui defuncto surrogatus est Ho-  
 todion.

Rufus Thebarum episcopatum gessit.

Asyncritus Hyrcania.  
 Phlegon Marathonæ.  
 Hermes Dalmatia.  
 Hermas Philipporum. hunc auctorem afferunt  
 qui Pastor inscribitur.  
 Patrobas Nepotiolani.  
 Linus, Cletus, & Clemens Romæ, de quibus  
 inter Græcos Latinosque quaestio est.  
 Caius Ephesinæ ecclesiæ post Timotheum adm-  
 tionem suscepit.  
 Philologus Sinopæ ab Andrea apostolo episcopo  
 cernitur.  
 Olympas Italiae euangelium intulit.  
 Rhodion quoque Italis Christum prædicauit.  
 Iason Tarsi episcopus à S. Paulo consecratus est.  
 Sosipater Iconii.  
 Lucius Laodiceæ Syriæ.  
 Tertius secundus Iconii.  
 Erastus Paneadis.  
 Phigellus Ephesiorum XV. à fide desciiuit, sicut &  
 Mogenes episcopus, quem S. Iacobus conuerterat.  
 Megarensium Demas.  
 Quartus Beryti ecclesiæ minister fuit.  
 Apollo Cæsareæ.  
 Cephas Cania.  
 Sosthenes Colophoniadis.  
 Epaphroditus Adriana.  
 Cæsar Dyrrachii.  
 Marcus Apolloniadis.  
 Ioseph Eleutheropolecs.  
 Artemas Lystrenium.  
 Clemens, qui primus ex gentibus & Græcis in Ch-  
 ristum credidisse fertur, Sardica, quæ nunc est Triaditza.  
 Onesiphorus Coronæ.  
 Tychicus Chalcedonia Bithyniæ.  
 Carpus Berrhææ Thraciæ.

Polycarpus Smyrnæ.

Eutodus Antiochia.

Philemon Gaza.

Zenas Diospoleos.

Aquila Heraclia.

Pricas Colophonæ.

Iunias Apamiæ Syriæ.

Marcus, qui & Ioannes, Bybli.

Calistum S. Andreas Apostolus primum Niceæ episcopum dedit.

Apollinaris primus Rauennatum à S. Petro sacra-  
episcopus.

Quum S. Marcus cunctam Ægyptum, Libyam, Mar-  
maricam, Ammonicam, Pentapolum fidei Christiana my-  
steris inaugurasset, Alexandriæ ecclesiæ Auizanum, al-  
Annianum, Cyrenensium vero Lucium Christi & apo-  
stolorum discipulum, episcopos nominauit; Melium, Sa-  
binum, & Serdonem presbyteros, diaconos septem, &  
alios atque alios cum episcopos, tam reliquos euangelii  
promulgandi ministros.

Papias à S. Ioanne Hieropolitanus episcopus designa-  
tur.

Ignatius Antiochenus. Iulianus Cenomanus, Virinus  
Bituricensis.

*Iste Iulianus  
idem est qui  
Simon Lepro-  
sus.*

Et quidem in Gallia, Græcis Galatia à lacteogentis  
colore dicta (*γάλα* enim Græcis, Latinis lac significat)  
quæ nunc à Teutonum genere Francia appellatur, præ-  
dicatum fuit euangelium Christi per varios complures-  
que apostolos, per Eutropium Persiam certe S. Petri di-  
scipulum passim, Lutetiæ Parisiorum per S. Dionys. A-  
reopa. Acheniensium episcopum S. Pauli auditorem, E-  
leutherium presbyterum & Rusticum diaconum à S. Cle-  
mente Rom. Pont. Max. illic destinatos, anno & quod  
excurrit, x c. Traiano principe. quod habent Gregor.  
Turo. lib. 1. hist. Demochar. Surius in vit. S. Genouetii,  
& cæteri rerum Gallicarum scriptores. Niceph. Call. re-

fert Dionysium resectum suum caput, ad duo millia manibus tulisse, & occurrenti forte matronam velut depositum tradidisse & commendavisse cap. 20.

S. Paulus Hispaniam Christo vindicavit, anno S. Pet. Pontif. Max. statim post primam suam fatu- nem, & apud Neronem purgationem; transiitque Trophimum Arelatae, Crescentem vero Viennam reliquit apostolos, auctore Adone Viennensi. Hist. Cat. 2. Tit. 4. Rom. 15. Sunt qui existimant Hispaniam, siue Portugalliam, vnicas illas ecclesiae bases fidei Christianae initiatas, anno quod excurrit Claudii Imp. Christi, x l. opera studio cum S. Pauli, tum S. Iacobi fratris S. Ioannis ab Agrippa capite plexi Hierosolymis ante dies azy- S. Iacobo fratre Domini Hierosolymitano episcopo Pet. Pontif. Max. Vide mihi Vaseum, Marinæum S. Marium Aretium, Io. Bair cap. 1. decad Asi. Franc. raph. Barcino. canonicum in Chronic. Primumque Iacobi discipulum fuisse inquit Andaletum Almariscopum. S. Paulū totum orbem voluctis instar per- restatur Niceph. Call.

117

Lugdunenses primum fidei Christianae antistites apostolum sortiti sunt S. Photinum S. Ioannis apostoli Polycarpi discipulum, deinde Irenæum, anno, & excurrit, x c i x. Victore (ni fallor) Pont. Max. Tra- Aug. Decio & Grato Coll. auctore Gregor. Turon. 1. histor.

Sub eadem tempora ciuitas Tolosana Saturnini Turonenses Gratianum, Narbonenses Paulum quidam, Aruernenses Stremonium, Lemouicini & Bur- galenses Martialem, Meldenses Sanctinum, Aurelian- ses A tinum, Siluaneenses Regulum, Bisuntini An- dium Nicetii collegam, Matisconenses Nicetium, Ling- nenses Senatoreum, Senonenses Sauinianum, Potent- num, Altinum, Erdardum sacerdotes atque mystas

habuere partim Nerone, partim aliis atque aliis im-  
 tantibus; Carnotenses militia Christianæ ascripti sunt  
 dagogia Aduentini, Sauiniani, Potentiani & eius clas-  
 aliorum à S. Petro apostolo tempore Claudii illuc di-  
 etorum, anno plus minus, XLIV. Biturigum regio, per  
 orum apostolorum discipulos Christo nuncupata est,  
 lemente Pont. Max. Domitiano Imp. anno, & quod ex-  
 erit, LXXXIX.

In campis Catalonicis, apud Heduos, Trecentes, &  
 ibi fidei incunabula ac rudimenta tradita sunt à S. Ama-  
 ore Potentiani & Sauiniani Christi discipulorum audi-  
 ore, anno XCIX. Clemente Pont. Max. Tito & Vespas-  
 iano Imper. Primus Catalonensium episcopus fuit Men-  
 dius.

Massilienses religionis prima elementa acceperunt  
 industria Lazari, Maximini, Mariæ Magdalena, Martha  
 & Marcellæ suis sedibus & bonis exutorum, ferociente  
 persecutione, quæ S. Stephanum abstulit, Tiber. Imp.

Aquensibus præfuit episcopus Maximinus qui Lazari  
 domum baptizauerat.

Sub eadem tempora Andegauenses Christo viden-  
 tur vendicati apostolis S. Defensore & Apothemio. fuit  
 certe Tallassius sextus eius sedis episcopus in conciliis Ve-  
 netico & Turonico primo, anno circiter ccccxlviii.  
 Leone I. aut Hilario Pont. Max.

Viridunenses hauserunt religionem à S. Sanctino S.  
 Dionysii Areopa. discipulo, anno, aut paulo amplius, xcix.  
 Domitiano Aug. Euaristo. Pont. Max.

Baiocenses S. Exuperium, Ebroicenses S. Taurinum  
 episcopos à S. Clemente accepere.

Biturigum circumquaque viciniam \* Vrsus, Natha- al. Ursinus  
 nael & alii Christi discipuli erudierunt anno, & quod ex-  
 currit, LXX. Tit. & Vesp. AA. Eleuthe. Pont. Max.

Britones, Normandos, Rothomagenses, Picardos,  
 omnemque maris Oceani tractum instruxit, formauit-  
 que fide S. Nicasius à S. Clemente illuc apostolus dele-

gatus, anno, & quod excurrit, xL. Imp. Nero. & per  
Fuminus Ambianensium episcopus anno cc.

R. hementes, Sueffiones, alique & alii Gallia  
partim per Xistum, Simicium, Amanium collegas  
tim per Maternum, eiusque socios, ad fidem accin-  
fuerunt etiam in Galliam destinati Zacharias, Man-  
quidam, Verus, Eucharius, Valerius, Mennius, Do-  
tianus, Domitianus, & alii non pauci apostolorum  
scipuli. Equidem haud certo scio, an vsquam gentes  
(Italiam excipio) tot, tantique apostoli euangelica  
peram nauarint. Galliam S. Hieronymus vsque  
laudibus celebrat, ut cum Titanes, Centauros, Cyclo-  
Cerberos, Hydras, Chimeras, Minotauros, Cyclo-  
Circes, Sirenes, Stryphalidas, Apros Erymanthos,  
Leones Nemaos, triformes Geryones, aliaque id genus  
toto terrarum orbe, rerum prodigia atque portentosa  
nata, solam Galliam semper à monstris asserat fuisse  
munem: vnum vero Vigilantium Barcinonensis eccle-  
siae presbyterum, natione Gallum, pestilentissimam  
biem affricuisse, perpetuaeque (inde vsque ad apostolorum  
primamque ecclesiarum apostolicarum, quas diximus  
foundationem) innocentiae inuulsisse maculam. Erat  
gilantius suo generi respondens, & ex Celtiberis com-  
nis, & quasi Brutiis sicariis, & latronibus oriundus, se-  
pentis instar in ecclesias Galliarum stridens ac sibilans  
uffilabat virus contagiosum, teste D. Hiero. Inuectiuas  
in Vigilant. Neque facile reperias citra illa D. Hiero-  
mi, siue haud multo post Clodouei Criniti Christiani  
registempora, Gallos vnquam a fide religioneque Chri-  
stiana hactenus desciuisse, vsque ad Io. Caluinum, quoto  
ti ordini confusionem, pacatissimae patriae bellum, floren-  
tissimae prouinciae arumnas & clades ac strages, elegan-  
tissime constituta Reip. tempestatem, ornatissimo semel  
amplissimo, maximo regno inuexit perniciem, praesen-  
tissimumque exitium, nisi numen aliquod diuinum pro-  
hibeat.

*Lib. aduersus  
Vigilant.*



Gallia Belgica olim complectebatur Mempiscum,   
 baetos, Neruios, Hannoniam, Morinos, Lutzom-   
 gum, Lotharingiam, Allatiam, in qua Nemetes quo-   
 siue Spirenses; Suetiam siue Heluetiam; Vectones,   
 Boracos, Celtiberos, quos C. n. Pompeius, edomita   
 ipania, & Romam triumphaturus properans, ad ra-   
 zes Pyrenaei deposuit, atque reliquit; reliquumque   
 antonum agrum, usque ad Allobroges, cis citraque   
 hennum: eaque ditio vniuersa peragrata est, ac fide Chri-   
 stiana illustrata à S. Clemente S. Clementis Pont. Max.   
 in. patruo: quod prodit D. Io. Schomer. presb. De   
 de in Neruis Alosto conterminis & Morinis, vnde bre-   
 uissimus in Britanniam, nunc Angliam, est traiectus (vbi   
 acit. & Jul. Caes. meminere) Marco Antonino Vero &   
 uc. Aurel. Commodo AA. Imp. auctore Antoni-   
 no, Petro de Natalib. Jac. Meyero, fidei Christianae re-   
 gio est divulgata, cum primis apud Taruannâ, omnem   
 que viciniam, antistitibus S. Fulciano, Victorico, Piato-   
 re, aliisque locis, quos postea percensuimus, anno, &   
 quod excurrit, CLXXIV. Pont. Max. Sotere. Acceperunt   
 vero episcopum S. Eleutherium anno CCCCLXXX. ac de-   
 nuo anno, & quod excurrit, VXXX. Antimundum,   
 Clothario Francor. rege Dagoberti patre, quo tempore   
 rem S. Remigius D. Vedastum Atrebatibus episcopum   
 dedit, vti ex Meyer. & Democh. probatum est. De-   
 cenn. S. Augustinus monachus cum aliis aliquot à S. Gre-   
 gor. I. Papa in Angliam destinatus, procul dubio instar   
 apostolorum, quibus moris erat, per quas transibant   
 ecclesias eulogiis salutare, & parænesibus roborare; in   
 primis Mempiscæ totique Flandriæ euangelium depra-   
 dicauit, priusquam in Dorouerensem ripam Oceani   
 ex Iccio portu, siue Caletio transfretaret; qui fuit   
 annus, ex quo Angli in Britanniam venerant, plus mi-   
 nus cl. Mauritio Aug. vti reperire est apud V. Bedam.   
 Denique Flandria, quæ olim apud C. Tacit. Mempiscus   
 dicta fuit, Ambactorum quoque territorium, quos

*S. Superior  
 Normorum e-  
 piscopus vna  
 cū S. Seruatio  
 Tungrorum e-  
 piscopo fuit in  
 Synod. Agrip-  
 pinensi. tem-  
 pore Iulii I.  
 Pont. Max.  
 Constantio A.  
 anno 349.*

*Lib. 1. Angl.  
 hist. cap. 23.*

allegat Cæsar in comment. prima quidem Christus Treu  
 dei tyrocinia à Clemente quem diximus, acceperunt, Aqu  
 siue persecutionum tyrannide oblitterata atque dele, Pippi  
 ue temporum morumque nequitia, velut situ obdientes  
 iterum temporibus Diocletiani reparata, iterumque  
 rum anno, & quod excurrit, vi. lxxv. Rege Fra Aenni  
 rum Pipino, S. Amandum, Allouinum, siue Bauonæ auf  
 Florebertum, Vrsmarum, Bonum, S. Aldegundem, et, x  
 Gertrudem, aliosque Pipini demum posteros, S. An Fun  
 di in fide alumnos, vt habent Meyer. Democh. & In  
 monachus clarus anno viii. lxx. qui scribit Gandatraditi  
 id temporis pagum vicumque dumtaxat fuisse, & annatio  
 res isthic Deorum instar coli solere. Sunt qui aiant Te pisc  
 naces Melchiade Pontif. Maxim. Christo nomen no M  
 disse sub Constantii Chlorig Constantini M. patris, que 19. ep  
 Christianum fuisse omnes historici asserunt, tempore cauill  
 & per S. Theodorum, Chrysolium, Eleutherium, M epist  
 dardum, aliosque Piatonis collegas, salutis vnda lustr in re  
 tos anno, & quod excurrit, cccxx. Sortiti sunt veros limit  
 piscopum anno circiter v. xxx. quo tempore vna eract labri  
 des episcopalis Viromandensium, Nouiomensium, Dor  
 Neruorum siue Tornacensium. Cœperunt autem h mau  
 bere proprium anno m. cxlvi. Eugen. Pontific. Ma nati  
 D. Anselmum. Atrebatenses & Cameracenses dicuntur retu  
 item apostolos habuisse primum Diogenem temporibus uic  
 Alarici Gothorum, aut certe Genferici Vandalorum Re tes,  
 gum Teuthonum, deinde S. Remigium, Vedastum, Do uit.  
 minicum, Gaugericum, anno plus minus v. xl. Horni M  
 sda Pont. Max. Anastas. Imper. quo æuo in Scotia S. Bri S. C  
 gida prodigiosa raraque admodum sanctitate celebris fuit. Pon  
 Denique S. Vedulphus, qui Clotharium Christianissim cate  
 Clodouei filium fidei inaugurauit, paulo post sedem epi- Pat  
 scopalem Atrebatu Cameracum transtulit, aut, si maui, sac  
 vnã in duas recudit, fuditeq; id quod apud Christ. Mass. rep  
 Democh. & in Prouinciali Atrebat. & Camerac. legere est.  
 Treuitis,

*Al. Othmarii.*

*olim Gant.  
secundum Ai-  
mainum.*

*Alryk.  
Sanfryke*

Treveri, Vbii. siue Agrippinenses, qui nunc Colonien-  
 perunt, Aquisgranenses, Tungri, Hasbani, Landi, Luppilii, vn-  
 de delecti, Pippinum & Carolum Magn. ferunt oriundos, Traie-  
 tu oblatos ad Mosam, totus Eburonum ager siue hodie Leo-  
 rum quiescentium, Dionantum quæ & Theodonis villa, Namur-  
 \* Autun, locaque vicina, opera S. Materni, Eucharrii, Valerii,  
 ge Fr. Aennii, a S. Petro in Gallias destinatorum, fidei Christia-  
 Baucæ auspiciæ cœperunt, Nerone Imp. anno, & quod excur-  
 undent, xcviij. vti habent Placentius in Cata. episcoporum  
 S. An. Tungrensi. Brulthem. Democh. & annales Leodiens.  
 h. & M. In causâ certe D. Cæciliani episcopi Carthaginensis de  
 Gandæ traditione sacrorum codicum, aduersus calumnias crimi-  
 nationesque Donatistarum diiudicanda affuit S. Maternus  
 episcopus Agrippinensis Miltiade Pont. Max. Constanti-  
 niano M. Aug. Imper. in concilio Lateranensi, & Cæcilianus à  
 is, quo 19. episcopis insons inculpatusque census est, & Donatista  
 empion cauillatores condemnati. Meminit eius synodi D. August.  
 um, M. epist. 162. 166. & alias subinde: quantum vero laboris hæc  
 la luffa in re exantlarit aduersus Donatistas, nemo nescit qui vel à  
 it veros limine Augustinum salutarit (vt sic dicam) vel primoribus  
 a eratis labris eius volumina gustarit. In illa vero historia de lite  
 sum Donatistarum cum Cæciliano, id obiter notandum existi-  
 tem maui, Constantinum Magnum taxauisse cum primis Do-  
 natistarum insolentiam, quod negocium ecclesiasticum  
 c. Ma retulissent ad forum iudicemque profanum, deinde con-  
 icuntur uictos mendaciorum, & Augustum principem appellan-  
 oribus tes, repulsam denunciauisse: quod scribit D. Optat. Mile-  
 um Ro uit. l. r.  
 in, De Metensibus fidei religionisque antistes fuit annos xxv.  
 Torri- S. Clemens Roma. anno & quod excurrit, xl. S. Petro  
 S. Bri Pont Max. Caio Calig. Imp. Clemente vero Romam euo-  
 is fuit cato suffecti sunt in eandem cathedram Celestius, Felix,  
 illimi Patiens, & alii, qui cunctam Lotharingiam plurimis fanis  
 n epi- sacrisque delubris ornarunt: id quod in ipso Prouinciali  
 auis, Mall. reperire est. Suberant vero id temporis Argentines &c  
 e est.  
 euri,

Alfarii Metensium episcopo, teste Gasp. Brusch. Moguntinensis ad fidem reducendis operam dedit S. Crescentius S. Pauli discipulus, anno, & quod excurrit Nerone Imper. S. Petro Pontif. Max. quod prodit Brusch. Erat porro ea ætate vnus episcopatus Moguntinensis & Wormaciensis, eademque diœcesis. Denique S. Bonifacius ex Anglicanis regibus oriundus, primus archiepiscopus post multos exantichristianis laboribus in prædicando per omnem Germaniam evangelio, à Greg. 3. Pont. Max. creatus est, Pippino & Carlomanno Franc. Reg. anno, & quod excurrit, VII. in Germania apostolus Herbipolensem, Eystetensem, Frisingensem episcopatus, opitulante Carolo Magn. tuit anno plus minus, VII. XLV. Germaniam omnem a paganismo, tum Arianismo, quibus non parua laborata expurgauit. Postremo quum Moguntinensem ecclesiam xxxv. annos administrasset, Frisonibus euangelium prædicans, martyrium subiit anno VII. LIV. Sigeberto Gaspar. Bruss. Democh. testibus. Tullenses habuerunt stolium, suæque in Christum fidei primum antistitem Mansuetum S. Petri apostoli discipulum S. Clementis collegam origine Scotum, anno, & quod excurrit, LX. Imper. Nerone: quod legere est apud Democh.

Australiata & Allatiam vniuersam, eundemque Argentoratam, Basileam, Heluetiam, & Cantonum populorum omnem vltra citraque Rhenum, S. Pet. Pont. Max. Nerone Imp. anno, & quod excurrit, LV. S. Euchar. Matern. Valer. alii que id genus apostolici viri Christo eiusque nomini fidei asseruere. Verum relapsi illi partim in idolomaniam partim in Arianismum, per S. Amandum Traiectentem episcopum ad orthodoxiam sunt reuocati, Clodoueo & Clothario Francis imperantibus, anno, & quod excurrit, 6. Vt ex Gasp. Bruss. Surio, Democh. liquet. Prædicauit etiam isthic Leodegarius Francus teste Laz.

In Boiis siue Boiariis, nunc Bauaris, Churiensibus, atque

Rhetiis, apostolum egisse ferunt Lucium quendam,  
 nonnulli Simonem illum Cyrenæum fuisse con-  
 dunt, qui vna cū Christo crucem gestavit, quem Ruffi-  
 na, Salisburgi, Augusta Vindelicorū, & Churia prædi-  
 cavit, satis in confesso est, anno, & quod excurrit, c. l. v. Alii  
 hunc Britannia regem esse asserunt, patria ob fi-  
 regnoque extorrem, Eleuthe. Pontif. Max. Severo  
 incipit, anno, & quod excurrit, c. l. v. Eius Lucij postea  
 eminerimus. Churiensium primus episcopus extitit S.  
 zimo, qui interfuit Synodo Chalcedonenfi, Leone  
 Pont. Max. Marciano Imp. anno plus minus c. l. l. i. Vide  
 nubi Gasp. Bruschi Democh.  
 † Britannia, qua nunc Anglia, concessit in fidei religio-  
 nisque Christianæ sententiam Eleutherio Pontif. Maxim.  
 Marco Antonino Vero & Aurelio Commodo fratre  
 Imp. AA. Lucio rege, Aristobulo, Fugatio, & Da-  
 miano apostolis, anno secundum V. Bedam, c. l. v. i. aut  
 quod magis placet Hæctori Boeth. c. l. x. x. v. i. Eam vero fi-  
 dem indeprauatam tenuisse insulam vsque ad Diocletiani  
 & Maximia tyrannorum Imp. tempora testatur V.  
 Beda. & quidem Scoti, Picti, Hyberni, ceterique eius  
 climatis insulares, videntur eodem tempore fidem ac-  
 cepisse, sed episcopum non ita, si V. Beda credendum est.  
 Putat enim Scotis primum episcopum fuisse Palladium  
 diaconum. Pontif. Max. Celestino, Theodo. Iunio. Imper.  
 anno c. d. x. x. Vel iuxta D. Prosp. in Chro. c. d. x. x. x. i. v. Ballo &  
 Antiocho Coss. Labefactarant siquidem non parum om-  
 nem Britonum prouinciam Pelagius, Iulianus, Cele-  
 stius, & alii quidam; eamque ob causam Celestius Papa  
 S. Germanum Antistodorensem & Lupum Trecentem  
 episcopos illuc destinavit, & Scotia antistitem præsi-  
 cit quem diximus Palladium Anno c. c. c. x. x. x. i. v.  
 Non desunt tamen qui existiment Scotos Episcopum  
 habuisse D. Palladium, siue illum ipsum, siue eiusdem no-  
 minis alium, Victore Pont. Max. Antonino Caracalla Imp.  
 & Severo, rege Donaldo, anno, & quod excurrit, c. x. v. i.

*Al. Britannia.**Lib. i. hist. An-  
glic. cap. 4. Se-  
bert. Prosp.  
Democh.**Lib. i. cap. 13.*

Is Donaldus primus omnium regum Scotiorum  
 nūmos, eosq; cruce esse insignes voluit, velutq; re-  
 tesserā censerī. Et forte hęc religionis mutatio me-  
 cōtra Romanos rebellionis occasionem dedit. Nam  
 poris Britones à Romanis defecisse probatissimū  
 eisq; bellum intulisse Severum, quem Eboraci  
 niā mortuum testatur Euseb. Cas. in Chro. aliiq; au-  
 rici. fuisse enim sapenūmero ipsos Palatinos ac Ang-  
 les prouinciarum prefectos fide imbutos Christiā-  
 iam apostolorum temporibus, literis diuinis, cum ve-  
 tum noui testamenti compertum est; vnde non solum  
 milia, verum etiam integrę prouincię eandem indre-  
 & opinionem & religionem. Quum vero reciproca  
 cissitudine pro insularium cum inconstantia, tum ma-  
 dudum nunc religio, mox superstitione rerum potiretur,  
 nique anno v. LXXXII. Imperatoris Martiani anno  
 uentus Anglorum in Britanniam Anno circiter 430  
 Greg. Papa diuino instinctu admonitus, misit in Angli-  
 S. Augustinum monachum, cum aliis aliquot eiusdem  
 fituti viris, vt gentem barbaram partim gentilismo  
 partim Arianismo, demum Pelagianismo corruptam, ca-  
 tiorem meliorisque frugis redderent, omnemque vlti-  
 ab radicibus barbariem extirparent. Picti itaque cultum  
 euangelicę accommodarunt aurem, & ad mansuetudi-  
 nem Christianam perducti sunt anno, & quod excurrit  
 dxxx. per D. Columbanum presbyterum Scotum, vel, vt  
 aliis placet, Hibernum, Bridio rege, Iustino II. Imper. Gre-  
 gor. I. Pont. Max. Tametsi pridem indefessam operam illi  
 in fide excolendis nauauisset S. Miuanus Venedola Bri-  
 tannus anno plus minus 60. Theodo. seniore, aut certe  
 Arcad. & Hono. Imper. AA. Anastasio Pont. Max. Scoto  
 quoque è schismate reuocauit S. Hebertus Anglus anno  
 VII. XVII. grassantibus Imperatoribus Constantin. passim  
 in iconas.

*Ad Viennens.*

Saxones Orientales ad fidem Cathol. redierunt anno  
 & quod

quod excurrit, DLXIX. industria S. Melliti primi Londi-  
 tensis episcopi; deinde S. Iusti episcopi, & S. Wilfridi epi-  
 scopi Eburicensis, rege † Siberto & Carpinaldo fratribus  
 Catholicis. Demum Anglosaxonibus Orientalibus siue  
 Clunocensibus in fide Cath. firmandis rerum sategit S.  
 Felix episcopus Hono. 1. Pontif. Maxim. Anno, & quod  
 excurrit, DCXX. Imper. Phoca.

Nordanhumbri, id est, Septentrionales, seu Aquilo-  
 nares Anglosaxones, receperunt orthodoxiam priam  
 predicante S. Iusto episcopo, ac eius deinceps discipulo S.  
 Paulino Italo, rege Eduino vna cum tota domo Baptismi  
 Sacramento abluto, Pont. Max. Bonifacio II. Mauri. Imp.  
 anno, & quod excurrit, DLXV. Fuit item apostolus occiduis  
 Anglosaxonibus S. † Byrinus episcopus a S. Asterio epi-  
 scopo Genuensi consecratus, Tyingilfo apud eos princi-  
 pe, Hono. 1. Pont. Max. anno aut amplius VI. XXIV. Regna  
 Beruicia & Deira in vnum Nordthumbræ coaluerunt  
 anno plus minus V. VII. Middelangli, id est Mediterranei,  
 docti & baptizati sunt in fide ortho. à S. Finano episcopo,  
 principe Penda, qui statim vt hac fidei gratia donatus est,  
 eam suis Mercis, ex quibus erat oriundus, communicauit,  
 eisque sacerdotes episcoposque ordinari curauit anno, &  
 quod excurrit, VI. LV. Rege Osuvi, Constantino Heraclii  
 A. filio Imp. aut certe Heracleona & Martina nouerca A.  
 Pontif. Max. Theodoro. Vti produnt V. Beda, Hector  
 Boeth. Democh. Prosp. Palmer. Hiberniæ diu olim vna  
 cum reliqua Britannia ad fidem vocatæ i. episc. destinatus  
 est S. Patricius, à Romanis ita dictus ob morum ciuita-  
 tem vrbaneitatemque natione Brito, Scotorum à S. Palla-  
 dio secundus episcopus. Is vt efferum incultumque popu-  
 lum metu percelleret, mitioremque redderet, præmissis  
 ieiuniis & precibus, pœnas eis inferorum ostendit. Vnde  
 Purgatorium Patricii est vocitatum vulgo. Incidit istuc in  
 annua V. LII. Vigilio Pontif. Max. Iustina I. Imper. teste  
 Vincentio, aut, vt alii volunt, anno CDXXXII, Celestino

*Al. Geberta.*

*Affuit Iustus  
 ligatus Gallia  
 Synodi Aquil-  
 lorenfi Damaso  
 Pont. Max. an-  
 no 420.*

*Al. Berinus.*

*Hic Galba im-  
 perium inno-  
 rannidem in-  
 uasit anno 71.  
 teste Euseb. in  
 Chro. postea ca-  
 pite truncatus  
 in medio Re-  
 mana vltis  
 fere.*

Pontif. Max. Theodo. Iuniore Aug. Orchades  
 nia insula, prater apostolicos illos viros primos  
 tum orbem habitabilem cursim fide instruxerunt  
 mum symmystem episcopum sunt nacti S. Scotum  
 Scotum S. Palladii Archiepiscopi auditorem, quod  
 quod excurrit, v. XLV. Pont. Max. Agapeto, Iustitiam  
 Britannia olim in multos regulos erat distributa,  
 difficilius aut fidem accepit, aut tenuit, seruauitque  
 pram.

Quoties autem Britonum prouincia fidem rep  
 rint, quomodo iterum repudiatam receperint: qu  
 Reges isthic fuerint, quam S. Petro & Romanae ecc  
 deuotis; quanta sanctitate praluxerint aliis episcopi,  
 tis virtutibus excelluerint monachi: denique quantu  
 hic promouerit bonorum Regum pietas, fideique pro  
 garit pomaria, quantum remouerit impietas, & V  
 in suis annalibus prosequitur, & rerum euentus, tem  
 rumque series declarant. Hinc S. Hiero. Britanniam vo  
 fertilem tyrannorum prouinciam.

*Epist. ad Ctesiphontem cont. Pelagium Brit.*

Britanniam totius Occidentis omnium insularum  
 ximam, olim Valentiniano I. Imp. ingressi sunt Angli  
 gine Saxones anno, & quod excurrit, cccclxx. Dama  
 Pontif. Maxim. suoque de nomine Angliam appellatam  
 eamque fide dudum ab apostolicis temporibus suscep  
 exuerunt, flamma & ferro permiscentes omnia. Dudum  
 antea quoque anno cclxxxvi. Dioclet. & Maxim. Imp.  
 Francos ac Saxones Britannis fuisse infestos testis est  
 Beda & Aimoinus aibi: fuisseque olim veteri Britanni  
 nomen Albion, affirmat, multisque cum episcopis &  
 martyribus & reliquo clero, tum monasticæ vitæ profes  
 soribus celebrem: id quod tot episcoporum siue Scotico  
 rum siue Anglicorum, qui passim per vniuersam Germa  
 niam ecclesiis præfuere, exemplis manifestum est. Bri  
 tannia Straboni à Britone rege, Anglia ab Angela Franco  
 rum Saxonumque regina, Albion ab albis rupibus ma  
 vndique ablutis & albicantibus nuncupata, primum qui  
 dem

*Lib. 1. cap. 6.  
 & 1. & 14. &  
 lib. 4. cap. 77.  
 78.*



tem igitur Aristobulum, siue illum, cuius meminit S. Paul. *Rom. 16.  
In Synopsi.*  
quod Dorotheo probatur, siue aliam, vnum certe ex  
LXXII. discipulorum classe apostolum est nacta, anno, &  
quod excurrit, XCIX. Clemente Pontif. Max. Domitiano  
Imper. A. Deinde Fugarium & Damianum, qui ordinem  
hierarchicum ecclesie isthic fundatæ ab illo inchoa-  
tum constituerunt, sanxeruntq; more nimirum apostolico.

Primas enim Angliæ archiepiscopus Cantuariensis Le-  
gatus natus corepiscopos suffraganeos olim habuit XX. ar-  
chiepiscopos vnum & alterum, præter Metropolitam Hi-  
berniam iam Irlandiæ, & Scotiæ. *V. de V. Bedam  
lib. 1.  
Demach.*

Primus episcopus post illa felicissima sanctissimaque a-  
postolicorum episcoporum tempora, post Diocletiani ty-  
rannidem, post Iopitos Pelagii, Agricola, Seueriani, alio-  
rumque eius farina, restinctoque ignes, S. Augustinus  
Dorouerensem administravit ecclesiam; deinde Canuum  
commigrans, veteremque expurgans ecclesiam, conse-  
crato illic Laurentio, primatiam totius regni esse iussit,  
Edelberto rege, Tiberio II. A. Benedicto Pontif. Max. an-  
no, & quod excurrit, DLXXVII. S. Rusticus episcopus  
Londinensis fuit in 2. Concilio Arelatensi, Syluestro  
Pont. Max. anno CCCXXVI. Volusiano & Anniano Coss.  
D. Constantin. Mag. A. Londoniensium primus archiepi-  
scopus fuit S. Mellitus, Eboracensium Metropolitanus  
fuit Paulinus, siue Nordanhumbriorum, cui successit S.  
Aidanus Scotus apostolus Lindisfarnensis, idemque epi-  
scopus ibidem. Roffensium primus antistes fuit Roma-  
nus à S. Iusto ordinatus, Candidæ casæ vel Pictorum Au-  
straliū & Beruiciorum S. Nima, Doricestrensiū S. Acila,  
Merciorū Diurna Scotus, Hinciorū Tatfridus, Lindissen-  
siū apud Mercios ac Mediterraneos cōmunis episcopus  
fuit Sexulfus, monachi omnes. Erāt autē ex cōstitutione  
Greg. Pape, singulis Metropolitæ XII. episcopi suffraganei.

Primas Scotiæ archiepiscopus S. Andrea, item diu olim  
habuit episcopos suffraganeos XII. quos repudiatos, resti-  
tuit Xistus IV. Pont. Max.

Hibernia dimidio minor est Anglia, & ætate percellit  
 fidem accepit, attamen & plures habet metropoles aium  
 ue archiepiscopales, & religionem tenet constantiam latun  
 glia perpetua mobilitate sursum, deorsum, ventis æstes su  
 stantior, affectu magis quam ratione mouetur, sine Christi  
 sueque religionis parum memor, quam ab Apostolo onem  
 diximus, olim tam obuiis animis pariter atque vltior ouer  
 pit.

*Tert. lib. 1.  
cap. 29.*

In Hibernia sunt interim quatuor Metropolitice Agrip  
 chiepiscopi, singuli sortiti xii. pro sanctione antiquo per  
 scopos suffraganeos. Omisi interim Constantium (Imp.  
 rum, Constantinum M. Maximum tyrann. Christi Albin  
 Britannos natione & professione catholicos, S. V. tores  
 cum xii. suis, Imp. Gratia. vel Arcad. & Hon. A. A. praco

Hactenus de gentium illarum, ad quas ipsi fuerunt ap  
 eorumve discipuli penetrarunt, vocatione, istæc ita ha  
 tor. iam nunc quomodo & per quos, Imperatoribus  
 que principibus A. de fide Christianaque religione  
 nuatum sit, & quando reliqui postliminio populi im  
 dem fidem conspirarint, persequamur.

*Lib. cont. In-  
deus. Nicaph.  
Grego. lib. 8.  
de Pasce. Correc.*

Tiberius A. Imper. cuius anno xv. passus est Chri  
 (vti Tertull. & alii scribunt) Senatus populusque Ro  
 nus de Christo, eiusque cum doctrina, tum miraculis  
 tior factus fuit, scriptis à Pontio Pilato Iudææ præfidi  
 teris eodem imperii Tiberii anno, id est, Christi xxxiii.  
 quod produnt Euseb. Cæs. eccle. hist. lib. 2. cap. 2. in Ch  
 nic. Nicepho. Call. lib. 2. cap. 8. Georg. Cedren. Io. Zon  
 Ado Viennens Paul. Oros. lib. 7. cap. 4. Tertul. in Apo  
 get. aduersus gentes cap. 1. Refert Niceph. Call. Mart  
 Magdalenam, item Romam contendisse, resq; Christe  
 Tiberium cont. Pilatum retulisse.

*Lib. 2. cap. 10.*

*Nicaph. ibid.*

Apud Caium Caligulam A. de Christo relatio facta  
 in primis per L. Vitellium Syriæ præfectum, subortu  
 tum à Lazaro, aliisque siue profanis, siue ecclesiasticis  
 in Christum credentibus, qui iniuriam à Pilato Iuda  
 præfide Christo illatam, cum scripto, tum ore tenus ap  
 Vite

etate porcellium cum primis, deinde apud Imp. AA. Tiber. &
 opolis aium deposuerant. Vnde & Romani purgandi sui ergo
 astantur, datum euocatum, caussa vero cadente sibi manus intulisse,
 ventis estes sunt historici vniuersi. Deinde Cato quoque; relatio de
 ur, sine Christo, eiusque gestis facta est anno plus minus 41 per Phi-
 postolionem illum Iudaeorum disertissimum, de quo abiisse in
 ue vltimo rouerbium refert D. Hieroa. Aut Plato philonizat, aut
 philo platonizat. Iterum anno plus minus 57. per regem
 Agrippam Iudaeorumque praetorem Cumanum, secun-
 do per Felicem praesidem & Tribunum Lisiam, Claudius
 Imp. A. de Christo relationem accepit. Per Festum,
 Aibinum, Cestium Florum eiusdem prouinciae, seu pra-
 tores Augustales seu praesides, per Luc. Ann. Senecam
 praepotorem suam anno, & quod excurrit, 60. Nero Imp.
 per Flauium Iosephum Quiri. Ascon. Pedinum, aliosque
 eius temporis annalium Titus & Vespas. AA. Imp. anno aut
 & exarchos regionum Titus & Vespas. AA. Imp. anno aut
 circiter 80. per Flau. Iosephum, Egesippum histor. Heren-
 nium Graniam Asiae proconsulem, Brutium martyrum
 Christianorum scriptorem notarium, & alios atque alios,
 aliarum aliarumque prouinciarum seu praesides, seu praef-
 ctos, Domitianus Imp. A. anno plus minus 90. Neque
 operae precium est hic recensere Seianos, Flacc. Emilius,
 Guffo, Fado, Sergios, Paulos, Lisbios, Lentulos, Plinius,
 Aegates, Stratoeles, Cumanos, & ceteros prouinciarum
 quarumque; vel in Asia, vel India, vel Africa, vel Europa, to-
 to (inquam) orbe, qui id temporis Romanis parebat, seu
 pratores Augustales, seu praefectos, quorum intererat
 quicquid rerum vbiuis locorum, gentiumue ageretur, Im-
 peratori A. Senatui populoque Rom. perscribere. Neque
 mihi commemorandos existimo Athenagoras, Iustinos,
 Quadratos, Aristides, Agrippas, Melitones, Theophilos,
 Apollinarios, Tertullianos, Tatianos, Bardesanes, Ireneos,
 Dionysios, Clementes, Miltiades (vt apostolos quoque o-
 mittam) ac reliquos eius classis seu antistites, seu religionis
 Christianae principes viros, qui multis voluminibus Apo-

logiisq; editis pro Christiana fide gentilium errorumque affectiones refutarunt. Res siquidem Cenas vniverso mundo liquidissime notas fuisse, hactate vel isthoc argumento licet colligere. Singulis prouinciis prater illos siue Consules, siue Proconsules siue Proreges & Praefectos, creabantur quoque quatuor Censores, qui lulium diu olim a Tarquinio institutum anno vrbis plus minus, 135. Olymp. 45. inceptum obseruatum, censumque ciuium 140 indicere haberent, vti ex tabulis Roma Capitolinis, quas nuper didimus, compertum est. Erant (inquam) praeterea C. phylacii & tabularii fisci, quorum Suetonius in N. C. Augusti Domitiano, Iulius Capitolinus in Caesare, Abdius in Theodorico, Theodorus Balsam. Patriarcha Antiocheno, Turonic. lib. 5. 6. 8. hist. Franc. & Nicephorus. Call. mentionerunt, qui censa bona pariter & singulorum nomina in codicibus referebant. Iam vero facultates Christianae publicari, ipsosque adeo proseribi a tyrannis tolerare, non est qui ignoret, qui vel sippis oculis apologeticos, quos Iulianus inspexit. Postremo etiam nostris nostrorum in ra incessebat. Iam enim inde ab Apostolorum temporibus Linus, Cletus, Clemens Rom. Anacletus, Euaristus & Pont. Max. singulas dioeceses atque episcopatus in septem regiones distinxerunt seu titulos, adhibitis episcopis quibusque septem diaconis, propter stylium veritatis obtinendum. Singulis vero regionibus praefecerunt presbyteros primum quidem singulos, quos demum gliscente illorum multitudine sacerdotumque aucto numero Hieronymus Pont. Max. vocare ceperunt Cardinales, siue Primarios. Ceterum parochiis singulis singuli clerici alii admoti sunt quos hodieq; Pastores appellamus.

Illis porro presbyteris, aditi septem diaconi: his quoque septem notarii qui, in sua quisque regione, primum baptizandorum, quorumq; nomina sacris codicillis exciperent, deinde res gestas martyrumque agones, ac certamina eximiosimul conferberent: id q; apud Damas. Pont. M. Cyprianus Onuph.

In Comment.  
anc. tit. 8.  
Photii patri-  
arch. Constant.  
lib. 1. hist. eccl.  
c. 11. Euseb.  
& El. Vopisc. de  
Aureliano  
Imp.

S. Clemens ex-  
ulans apud  
Pontiam vsq;  
Iam fertur ex-  
truxisse ecclie  
suae 75.

An. Hist. Bi-  
bli. becar. De  
moch.

nuphr. Pata. aliosq; scriptores classicos conspicuum est:  
 Propagata autem latius Christiana religione & tituli  
 actiores facti sunt, frequentioresque & Presbyteri &  
 diaconia. & quia ecclesia iuxta Dominicam sponsonem  
 rat proroganda vsque ad omnes fines mundi, regiones &  
 numero plures & intercapedine vastiores sunt reddita.

Nam vt aliquid hac de re dicam, quo nostri intelligant,  
 quam magna sit domus Dei, & quam ingens locus posses-  
 sionis eius, quamque sit fortis columna, ecclesia Dei viui,  
 quam Christus acquisiuit sanguine suo, contra quam por-  
 ta inferi nunquam sunt praeualitura, Romanus quidem  
 Pontifex praeter communes quinque patriarchales vrbis  
 ecclesias, vnam indigenam totius orbis matricem atque  
 parentem, quatuor peregrinas, quatuor mundi par-  
 tes, orientem, occidentem, meridiem, septentrionem  
 referentes, Constantinopolitanam, Alexandrinam, An-  
 tiochensem, Hierosolymitanam, praeter communes alios  
 quosque suffraganeos in partem sollicitudinis accitos per  
 omnes ecclesias; habebat praeterea (inquam) Pont. Max.  
 Roman. octo Episcopos qui Archipresbyteri dicebantur  
 statim post Apostolorum tempora Hygino Pont. Maxim.  
 anno 142. ceu Cardinales, Ostiensem qui Papam conse-  
 crat, Valleriensem siue Vellerensem, Albanensem, Tuscula-  
 num, Portuensem, seu S. Ruffinae & Secundae, Tiburtinū,  
 Reatinum, Sabinensem, tametsi aliter paulò eas enumeret  
 Ouphr. easque septem duntaxat, duabus in vnam con-  
 flatis.

1 Timoth. 3.  
 Act. 20.  
 Matth. 16.

Campania, cuius patriarcha est Ostiensis, sortiebatur  
 Episcopos suffraganeos 10. Anagninensem, Saginensem,  
 Ferentinensem, Alatrinenf. Verulanenf. Terracin. Soron.  
 Fundan. Aquitan. Gaietan.

Regnum Siciliae praeter Papales, habebat tres Metro-  
 politas, quorum primus Panormitanus tribus praestitit suf-  
 fraganeis, Agrigentino, Mazarenf. Miletitano siue Malte-  
 no; secundus duobus Corepiscopis praeficitur S. Marci, &  
 Milerensi, siue vt alii vocant, Syracusano & Cathinenf.

tertius Metropolitēs, item duos habet episcopos

Syracus. & Catha. vel, ut alii vocant, S. Marci & M

In Calabria erant 4. ecclesie Metropoles: prima

nenfis, habetque 8. Suffrag. secunda vnum; tertia

quarta quinque, aut secundum nonnullos septem.

In Apulia sunt archiepiscopi 15. primus Constan

5. Suffrag. secundus Acherontinus 5. Tertius Tarent

Quartus Matinensis seu Casinensis neminem: Q

Brudensis vnicum: Sextus Idruntinus, 5. Septimus

sis 12. Octauus Tranensis 2. Nonus Sipontinus 1. De

Beneuentanus siue Terrae laboris 24. Vndecimus

nitanus 5. Duodecimus 4. Decimustertius Surrent

Decimusquartus Neapolitanus 5. Decimusquintus

puanus 8. In Tuscia Corsica archiepiscopus Pisanus

episcopos Suffrag. 6.

In Tuscia, quae est patrimonium S. Petri ex libera

tionē, sunt episcopi 25. Suffraganei Papae.

In Aprucia sunt ecclesie Cathedrales eademque ep

pales 8.

In Umbria seu ducatu Spoletano sunt antistites 10.

In Marchia Anthonitana 13.

In Romandiola 4.

In territorio Ianuensi 8.

In Sardinia 3.

Archiepiscopus Tauritanus praest episcopis Suffrag.

Archiepiscopus Alborensis 3.

Archiepiscopus Rauennas habet sub se episcopos S

frag. 15.

Archiepiscopus Mediolanensis 18.

Patriarcha Aquilegiensis 5.

Archiepiscopus Paduanus 13.

Patriarcha Gradenfis 6.

Archiepiscopus Iadriensis 5.

In Sclauonia archiepiscopus Spalatenfis 5.

Archiepiscopus Ragusnensis 7.

Archiepiscopus Antibasensis 9.

In Hungaria Archiepiscopus Stridonensis seu Strigonen-  
sis 6. Nam Domnum Stridonensem affuisse in Con-  
cilio Nice. i. certum est.

Archiepiscopus Colocensis 7.

In Polonia Archiepiscopus Guenzenis 10.

In Hispaniis apud Aragoes, archiepiscopus Terraco-  
nensis 8. habet episcopos Suffrag. Archiepiscopus Casar-  
augustanus 6.

Archiepiscopus Toletanus 7. estq; Hispaniæ primas.

Archiepiscopus Compostellanus 11. Archiepiscopus  
Hispalensis, siue Siuilia 6.

In Regno Portugallia siue Lusitania, quod diuulsum  
ab Hispania proprium regem habere cœpit anno 1110. Al-  
fonsus Henrici Comitis Lotharingia filium, teste Blond.  
Fl. lib. 2. Geogr. Archiepiscopus Braccarensis Metropoli-  
tanus olim 9. Archiepiscopus Vlysbona, quæ ab Vlysse  
conditore nomen sortitur, olim Olyssippum, de quo Stra-  
bo lib. 3. & Plin. lib. 4. cap. 11. habet episcopos Suffraganeos  
6. vt omittam 130. Monasteria opulentissimè dotata, &  
plusquam 1460. ecclesias parœchiales quæ istic alibi 12.  
leucarum latitudinis, itemque totidem longitudinis spacio  
esse referuntur in Lusitania interamni magno antiquæ  
pietatis religionisq; argumento.

In regno Granatensi Archiepiscopus Granatæ habet  
episcopos Suffrag. 3.

Non feram hic petulantiam nostratium hæreticorum,  
qui vulgo persuadere conantur, Hispaniam, & præsertim  
Granatam, esse in fide nouiciam, quum Concilium Eli-  
bertinum Granatæ sit habitum à 19 episcopis circa tempo-  
ra Concilii Nice. i. Constant. Mag. Imp. A Syluest. Pont.  
Max. itemque Concilium Toletanum 1. à totidem patri-  
bus initum Arcad. & Hono. AA. Stilicone Cos Innocët. I.  
aut Zozimo Pont. Maxim. anno plus minus 412. vt præ-  
teream reliqua Concilia Toletana, Casaraugustana, &  
alia quæ retro temporib. coiere: deinde de Priscilianistis &  
Gnosticis, Marco Agyptio auctore ac præside, sumptum

supplicium, Idacio & Itachio Episcopis Hispanis Martirio impendio urgentibus, vt habet Seue. Sulpit. & alii.

In regno Britannia Archiepiscopus Cantuariensis praesuit Episcopis 20. Suffraganeis, eratque Legatus quem vocant, Archiepiscopus Eboracensis tribus.

Reliquam Britanniam, Hiberniam, Scotiam, Daniam, siue Daciam, nunc Valachiam, Noruegiam, Germaniam omnem, vniuersamque Galliam pendii causa pertransio, quorum nominatum Episcopi Sebast. Munster. Gasp. Brulsch. Grego. Turo. Gagin. Sigebert. Democh. & alii memorant.

Patriarchatui Hierosolymitano praeter Metropoles nos 5. erant 4. Suffraganei, & quidem Metropolitani, illi in Caesarea in Palestina imperabat Episcopus, illi in Nazareth Galilaea gentium 9. tribus in Arabia deserta Moabitide 12. Quartus in Syria Arabia Catholicorum 35. Quintus in Lydia, siue Lydia, 19. omitto interim Episcopatum Thabor, & eorum sunt in petra Caracha & monte Sinai.

Patriarcha Antiochenis vtebatur Archiepiscopi suffraganeis 11. Episcopis penè infinitis.

Patriarchatui Constantinopolitano suberant Archiepiscopi suffrag. 6. Metropolitani Episcopi 15.

Patriarcha Alexandrinus toti Aegypto praefectus Archiepiscopi & Episcopis compluribus quos enumerare longum est. Nam S. Marcum apud Cyrenem, Ptolemaem, reliquamque Pentapoleos regionem, tum Lybiam Marmaricam, Ammonicam, cunctamque Aegyptum ecclesias fundauisse, clericorum gradus omnes & Episcopos constituisse, ex scriptore illius vita, & ex historiis clarum est. Hisce rationib. facili coniecturaque certissima consequitur (vt ad id vnde digressi sumus reuertamur) neque per reipublicam Aegypti satrapas, neque per Christianam religionis antistites omnemq; Panopliam, tum ordinem Hierarchicum ecclesiarum, Christianorum obscuras esse licuisse. Atque vti nã, vt alia tracta-  
Charta



artophylaciorum tabulas : ego certè eos pluris quàm  
 unum semel Crætorum opes, quàm Augustorum felici-  
 tates, quàm Sibyllina folia, quàm Fastos triumphosque  
 Capitoli Ro. æstimarem. Neque tantopere D. Hiero-  
 nym. Euag. Theodorit. Pallad. Dorothe. Genad. Sime. Me-  
 trophan. Beda, Vsuuard. alique siue historici siue Martyro-  
 logi sese torsissent perquirendis hincinde martyrum &  
 Confessorum rebus gestis, neque nos hodie magnoperè  
 indaremus refellendis hæreticis. Si namque in omnibus  
 diæcesibus ecclesiis apostolicis, ordinem illum hierarchi-  
 cum ab Apostolis institutum (id quod adnotant diligenter  
 Dionys. Areopag. Clemens Rom. & alii) ob oculos ponamus,  
 peruidere erit, eandem prorsus esse huius tempestatis  
 illiusque aui apostolici, ecclesiæ faciem, nisi quòd virtutum  
 illam meritisque amplissimis ornatam celebrare,  
 hanc licet fide ritibus, ceremoniis similem, virtutis verò mori-  
 busque degenerem, ac velut nauis asperam ac labefactam  
 deplorare debeamus.

Notarios verò illos fuisse partim monachos, partim le-  
 ctos aut clericos. Gelas. Pont. Max. satis declarat. S. August. insinuat eos non tantum oculatos, verum etiam auri-  
 ros testes fuisse, & referendarios qui res quasque explorabant, uti solet. epist. i. i. ad Memorium episcopum. Aliud  
 verò notariorum genus, qui Christianorum cum Paganis,  
 vel Catholicorum cum hæreticis altercationes disputationesque excipiebant (quales fuit Marcellinus Comes, &  
 alii prouinciarum seu Iudices seu Præfecti) apud August. non infrequenter reperias, quoties enim aut cum Arianis,  
 aut Donatistis, vel aliis in disputationem descendere oportuit. Pascentiū Comitē Arianæ factionis patronū notari-  
 rū stylum tenuisse scribit epist. 175. Inde verò ex notariorū cōmentariis scribebantur relationes ad Imperatores A aut Pont. Max. pro lite decidenda, S. Athanasius primū fuit  
 notarius D. Alexandri Patriarchæ Alexandrini, teste Nicephor. C. ll. lib. 8. cap. 44. Notariis vsum fuisse D. Originem Catechistam Alexandrinum, Didymum item eiusdem

In epist. ad E-  
 piscopus Luca-  
 na cap. 5. &  
 habetur de  
 77. monachis

Lib. 1. cont.  
 Acad. cap. 1.  
 lib. 2. cap. 7. &  
 seq.  
 Lib. 1. de ord.  
 cap. 9. epist.  
 152. 163. 147.  
 in Pseudo-  
 nio & lib. 10.  
 tract.

ecclesia Padoitriben, testatur S. Hieron. in Chronica, Bar  
alibi. Notariorum qui excipiebant dissidentium, creati,   
vltro citroq; verba & responsa meminit D. Athanasius,   
ad Solitariam vitam degentes, Possidius in vita S. Anno  
stini, Victor Vticensis lib. 2. S. August. epist. 61. 1. 1.   
lib. 2. Retract. c. 19. l. 1. cont. epist. Gaudentii cap. 1.   
uiculo c. 1. S. Ambros. epist. 12 Hieronymus nonnulli   
septem vltus est notaribus qui ei erant a comentariis   
dis, id quod in epist. ad Heliodorum seu Epitaphio   
tiani manifestum est; & epist. ad Lucinium, eiusdem   
Epitaphio. L. 1. 1. C. extat titulus 7. de primicerio & notariis   
Vbi & de Tribunis notaribus agitur, quales fuere Dalmatiorum   
Dulcius, Marcellinus, aliiq; viri Consulares clarissimi   
his legere est in Concil. Constant. 2. Oecumene. 5.   
functionem nunc administrant, quos secretarios appo-   
mus. Verum haec alias oportunitus; nunc iam quod in   
mus persequamur.

*Unde Davus  
& Geta apud  
Athenienses  
seruorum no-  
mina, quod est  
in Comitiis le-  
gore.*

Dacia siue Dacia siue Dania regio Scythiae Europae  
totaque Transyluania, ac Getae, quos eosdem populos  
Dacis opinatur Plinius, vt mea quidem fert sententia,   
cum Lydis, Phrygibus, Thracibus, Maesius, Misius, Illyris,   
Pannonia, aliisq; seu gentibus, seu locis fidem ab Apo-   
stolis, ipsissimisue apostolorum discipulis acceperunt.   
id mihi sic probatur: Fuerunt in Concilio Niceno 1. epi-   
pi duo Dacia, Marcus Metropolitanus & Protogenes   
dicens, itemque Prouincia Misiae, Lydia, Phrygia,   
dania, Dalmatiae, Pannoniae, quam D. Optatus tripliciter   
facit lib. 2. Bosphori, aliiq; episcopi Dacis vicini. De   
bella subinde Barbarorum cum Romanis gesta, caussa   
apud illos promulganda religionis nostrae praebuere,   
Nicepho. Call. & Socrat. & aliis. Nam dum praedas vltro   
citroque saepe egerunt, inter alios captiuos etiam non   
sacerdotes, episcopi, aliorumque graduum clerici abduc-   
tuere; qui quum morbos curarent, daemones pellerent,   
laque Christi inuocatione exigerent, aliaque eiusmodi   
perpetrarent, quae videbantur humana conditione   
superiorum

*Lib. 5. cap. 33  
Lib. 1. cap. 20*

Barbari numen aliquod id genus prodigiis inesse ar-  
 rati, viros illos summa veneratione sunt profequuti,  
 quoque conciliato, repudiatis idolis, constructis templis,  
 inno Christiano quoque sese cultui dederunt. Nafamones  
 Dacos, Scythas, & Germanos reliquos sapenumero  
 Romanis rebellasse nulli dubium est. Equidem Casarem  
 Augustum, post Lentulum Coss. Domitianus Imp. de Da-  
 cianis & Catis bis triumphum duxit: Traianus gentes illas pe-  
 nitentiam in potestatem Romanorum, atque in provinciam  
 reduxit: quumque occisis Romanorum praesidiis, totum  
 obur, omnesque vires, collecto copioso milite, in Roma-  
 norum fines intendissent Galieno Imp. Aurelianus denique  
 Imperator & rebelles illos patria exturbavit, & colonos il-  
 los Romanos collocavit, auctore Ruffo, anno plus minus  
 270. Dionys. Pont. Max.

Erat vero Val. Aurelianus Dacia Ripensi oriundus,  
 quod adnotat Eutrop. Caterum fuisse ipsos milites non  
 raro Christianos, cum Thebarum militum Dioclet. &  
 Maxim. A. A. tum M. Aurelii Antonini legionum Chri-  
 stianarum (quae fulminee & ignifere fuerunt appellatae) ex-  
 emplisque Processi, Martiniani, infinitorumque aliorum  
 exploratum habemus. Georgius Cedrenus asserit illos M.  
 Aurelii milites legionis Melitenae fuisse.

Tridentini statim sub tempora Apostolorum & fidem  
 & fidei antistites mihi habuisse videntur. Abundantius  
 profecto episcopus Tridentinus una cum S. Ambrosio  
 Mediolanensi, & Philastrio Brixienti, Concilio Aquile-  
 giensi interfuisse legitur Pont. Max. Damaso, Gratia. Va-  
 lentinia. Theodo. seniore Imppp. A. A. A. anno, & quod ex-  
 currit, 364.

Pictavienses, al. Pictabionenses, religionis Christianae  
 catechistam pariterque praefulem sunt consecuti S. Victo-  
 rinum natione Graecum, circa annum 181. Impp. Probo  
 & Caro. uti legere est apud S. Hieron. in Catal. Petrum de  
 Natal. lib. 10. c. 12. in Catal. S. Democh.

Iberi siue Iberes Armeniae citerioris populi ad Pontum

Vide Euseb. in  
 Chro. Volat.  
 l. 8. Geograph.  
 Niceph. lib. 3.  
 cap. 23.  
 Oros. l. 7. c. 10.

Mominit In-  
 sin Mart.  
 Apol. 2.  
 Te. cul. ope.  
 c. 5. & lib. ad  
 Scapul. Euseb.  
 lib. 5. eccl. hist.  
 cap. 5.  
 Oros. l. 7. c. 15.  
 Dion. Nica.  
 Jul. Capitolin.

al. Nectarium.

Euxinum, primum per captiuam mulierculam  
Christo dicatam, inde per praedicationem S. Patris  
ambierunt, & deleta idolomania Christo ecclesiam  
parunt, & vota ardentissima Constantino Mag.  
Pont. Maxim. anno, & quod excurrit, 335. id quod  
Ruffin. lib. 1. cap. 10. Niceph. Call. lib. 8. cap. 34. Soz.  
1. cap. 20. Sozome. lib. 2. cap. 6. & seq. Theodorit. lib.  
23. Sigebert. in Chronic. Est elegans admodum  
quomodo rege & regina ad fidem conuersis, vniu-  
pulus in eandem sententiam conspirarit, iuxta illud  
diani poeta:

*Regis ad exemplum totus componitur orbis.*

Illudq; Plinii Nepotis: Vita principis cesura est, ea qui  
tua, ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur.

Eodem proflus tuo Indi interiores fidem Christi  
sunt amplexati, auctore S. Athanasio Alexandrino,  
stolis Meropio & Metrodoro Philosophis, Frumentio  
Adeasio Episcopis, quod scribunt Ruff. lib. 1. c. 9. Soz.  
c. 19. Theodorit. l. 1. c. 22. Niceph. l. 8. c. 35. & seq. Pater  
ceph. hanc Indorum nationem ex Abraham & Cetura pro-  
tam, regionemque eam esse, quam Graeci magnam  
cem Arabiam dicunt: eius autem fines ad extremum Ori-  
num pertingere, cuius vrbs Metropolis est Sabba. Hinc  
ma est, percrebuitque opinio, reginam illam Austrum  
lomonem venisse, vnde neque a S. Thoma neque Bar-  
lomaeo aut alio quopiam Indiam hanc penetratam ar-  
tur Niceph. Afirmat verò eodem Constantino Imp-  
menios iuxta & Persas, aliasque gentes complures euang-  
lium recepisse. Edicto namque publico iusserat Consta-  
tinus, teste Euseb. & Gentilium templa passim euerti  
simulacra dirui, nominiq; Christiano & fidei ecclesias  
erari.

*Mist. Trip. lib. 3. c. 1. & seq.*

*3. Reg. 10. Math. 12.*

*In Chro. & vita Constantini.*

*Al. Alarico.*

Saraceni & Ismaelita & Gothi, illi quidem regina Ma-  
ria, hi autem regibus Phritigerno & \* Athanarico, Chri-  
stum sapere coeperunt Damaso Pont. Max. Valentiniano  
& Valente fratre A. A. anno, & quod excurrit, 370. Et in  
ccc

e Gothi in Orthodoxia instituti sunt ab Viphila Go-  
 tum episcopo: lapsi vero sunt in Arianismum ignoran-  
 potius quam malitia, auctore Valente Imp. qui ut erat  
 Eudoxio Arianorum episcopo baptizatus, Arianorum  
 imper partes agebat; & Gothis flagitantibus sacerdotes ac  
 episcopos dedit Eudoxium & Arianos alios. Saraceni au-  
 tem non admiserunt nisi Catholicos, neque Moses eremita  
 eorum primus episcopus passus est, se à Lucio Ariano, vel  
 quoquam non Catholico consecrari: ut produnt So-  
 zom. lib. 4. c. 34. & seq. Theodorit. lib. 4. c. 22. & seq. Sozom.  
 lib. 6. c. 37. & seq. Niceph. Call. lib. 11. c. 46. & seq. Iornand.  
 de rebas Geticis, Abbas Vrspergens. Paulus Oros. lib. 7.  
 cap. 33. P. Diacon. lib. 1. Cassiodor. histor. Trip. lib. 8.  
 cap. 13.

Iudæi in Creta à pseudopropheta, qui sese Mo-  
 sen mentiebatur, miris artibus delusi, superstitioni nuncio remisso,  
 Christi fidei se subdidere, \* Syricio (ni fallor) Pont. Max. *Al. Vrsino.*  
 Valentinia. I. & Theodos. seniore A. A. anno, & quod ex-  
 currit, 388. Ut est apud Socrat. lib. 7. c. 38.

Eodem tempore Burgundi siue Burgundiones, Teuto- *Anno 389.*  
 nes, Scythæ, alia occasione, eadem tamen Dei Opt. Max. *secundum Au-*  
 providentia optimè res mortalium dispensantis, & (ut ver- *do. Viennensis.*  
 bis S. Augustini utar) sapè, imò semper, ex malis hominum  
 seu voluntatibus, seu actis, boni quippiam elicientis. Chri-  
 stiana religionis facti sunt candidati atque tyrones. Quum  
 enim essent ferme omnes fabri lignarii, hacq; arte victum  
 quarerent, cætera ignavi & socordes prorsus, inertique  
 ocio dediti, ab Hunnis sedibus pulsî, transito Rheno, in  
 Gallias cis ultraque Rhodanum confederunt, unde etiam  
 Gallia Lugdunensis dicuntur. Sortiti sunt verò nomen à  
 Burgis & Vicis quos habitabant. Quum verò desperarent  
 de coloniis patriis recuperandis, à Gallis Episcopos pe-  
 tunt, seseque Christo nomina dare velle profiterentur.  
 Frequenti liquidem relatu didicerant Romanorum  
 Deum seu Christianorum suis cultoribus præsidio  
 esse, atque ita sacro fonte lustrati fidem Christianam.

hactenus sunt complexi, tenentque & obseruant etiam  
 me, praesertim in comitatu ac ditione regis Carthaginiensis  
 Philippi. Edictus tamen est nuper doctissimus liber in  
 comitatu Burgundiae, & à senatu Regio, quod Parliamentum  
 vocant, Regi Gall. exhibitus, de vnica fide & religione  
 uersus vagam haeresin licentiam cum totius Galliarum  
 regio, nescio quo fato, quaeue Numinis ira concessam.  
 buerunt item Apostolos praeposteros, Arianos (inquit)  
 testibus Grego. Turon. Aimon. Adon. Viennens. alijs  
 nonnullis, Valente Imp. fortè ita obstetricante, suisque  
 nis patrocinante. Verum demum Celestino Pont. Max.  
 Honor. & Theod. Iuniorè A. A. anno plus minus 430.  
 curatè sunt orthodoxia vendicati S. Fridelini Hiberni  
 iuxta ac Scotiae regis filii religiosissimi mortalium, discipu-  
 lorumque (nisi me fallit opinio) industria. Fuit certe  
 Claudius tertius Archiepiscopus Bisuntinus in Con-  
 Epannensi, Gelas. 1. Pont. Max. anno 490. plus minus  
 D. Nicetius secundus Archiepiscopus eiusdem sedis  
 Synodo Valentina Galliae, Damasò Pont. Max. anno  
 quod est amplius, 372. Primus autem Archiepiscopus  
 sentii fuit Anthidius anno plus minus, 200. Scribunt por-  
 rò historici Burgundos, fretos fide percepta, redintegrata  
 in Hunnos bellum, atque ita diuina virtute hostibus su-  
 riores euasisse, multamque eis cladem intulisse. Vide  
 Paul Oros. Cassiod. P. Diacon. lib. 1. Hieron. & Prosp. N.  
 ceph. Call. Socrat. Volaterran. lib. 3. Geograph. Lazium  
 praefat. de migrat. Gent.  
 Hunni, al. Chuni, qui & Saberi & Auares, al. Abares  
 Caspijs montibus Albanisque ac Caucaji rupibus, quibus  
 diu olim Alexander Mag. eos, tanquam feras, immanes  
 beluas, velut cauea concluderat, tempore Valentiniani  
 A. erumpentes, numerosissimo pugnatorum examine,  
 quod Hiero. quoque memorat epist. ad Oceanum, totam  
 penè Europam depopulabundi peruagati Attila & Buda  
 fratrib. ducibus: denique Christianorum mansuetudine de-  
 liniti, & consuetudine humanioris vitae ac sanctorum vire-

*Lib. 2. hist.  
 Chroni. de sext.  
 asa.*

*Lib. 7. cap. 32.  
 hist. Trip. lib.  
 12. c. 4. de Va-  
 lentina. in  
 Chroni.  
 Lib. 14. hist.  
 cap. 40.  
 Lib. 7. c. 30. de  
 Gallia Nar-  
 bonensi.*

um miraculis permoti, in Christianam religionē transie-  
 unt, cum prius Theotimo Tomitano in Scythia episco-  
 po Scythia Apostolo, deinde D. Io. Chrystomo rerū sat-  
 agente: vti scriptis mandauit Niceph. Call. tametsi hos  
 quoque Arianisino maculatos inquit, & Ioannis Chry-  
 st. opera ad sanam doctrinam reuocatos anno, & quod  
 excurrit, 400. Arcad. & Honor. Imp. A. A. Innocēt. Pont.  
 Max Idemque Nicephorus prosequitur, quā acriter, pro  
 officio, S. Ioannes Chryst. inuectus sit in Ganiam Scy-  
 tham ducem Arianæ factionis, apud principes Augustos  
 pro templis Arianis restituendis agentem, eamq; ob caus-  
 sam perduellionem meditantem, qua interit tandem. Iu-  
 stinianus quoque A. Hunnis, Alanis, Abasagis, Zecchis, a-  
 liisque circa Tanaim, Mæotidem, & Pontum Euxinum  
 populis episcopos dedit, auctore Nicepho. lib. 17. cap. 13.  
 Eutro. Dio. Romæ quartum conuentus habiti inter Iu-  
 daeos & Christianos super fide & religione, presentibus  
 AA. Constantino Mag. & Helena matre. Denique Iudæi  
 rationibus probationibusque Syluestri, tum miraculis, huc  
 adducti sunt, vt in sententiam Syluestri concedentes, pedi-  
 busque eius prouoluti sese Christianorum albo ascribi,  
 suscepto Baptismi Sacramento, sponte permiserint, aucto-  
 re Niceph. Call. lib. 7. c. 36.

Lib. 12. c. 45.  
 & Lib. 13. c. 3. 4.  
 5. 6. & seq.

Lib. 2. de bel.  
 Perf. 5. de Iustit.  
 niano.

Turcæ grauissima peste omniaque depopulante labo-  
 rantes in Perside, edocti à Christianis stigmaticas cruces  
 liquato atramento fronibus impressere, hacque ratione  
 euadentes luem, vel inuiti coacti sunt Christo salutem ac-  
 ceptam ferre anno plus minus v. lxxx. Mauricio Imp.  
 Greg. Papa: cuius item & precib. meritisq; , tum diligentia,  
 impendioque Armeni, Gothi, Angli, aliique & alii dudum  
 schismatici, ad vnionem Catholicæ fidei coierunt, vti repe-  
 rite est apud Nicepho. Call. lib. 18. cap. 20. Matth. Palm.  
 in Chron. V. Bed. lib. 1. hist. Angl. cap. 13. & in vita S. Gre-  
 gorii.

Similiter \* Vandali, Sueui, Alani, Gepidæ, Heruli, Qua-  
 di, Franci, aliique Germani, ac Barbari, Gothis, Hunnis,

Al. Vindali  
 sin. a Vandalich.

Burgundionibus, Longobardis & ceteris populis  
 cis permisti, alias atque alias in Christianorum  
 & Romanorum fines facientes impressiones, tam  
 mnes primum Christiani nominis olores infensissimi  
 hostes fuerint, mirisq; modis ecclesiam fidemq; Chri-  
 nam in angustum redegerint; postremò tamen, par-  
 lentin. I. & Theodo. senio. AA. temporibus, ac deinde  
 partim Iustino, Iustiniano & Carolo Magno A. A. A.  
 fanè Arianismo, demum Catholicismo sunt allerti; &  
 dali quidem apud Mauritanos reliquosq; Africanos,  
 apud Lusitanos, Franci apud Gallos, Gotthi apud Hi-  
 nos, Burgundi apud Narbonenses, Longobardi apud  
 los magna, ne totius dicam, nobilitatis fundamenta  
 runt: deniq; quemadmodum ibidem sedes, ita & fidei  
 tegratatem receperunt, cum populi Christiani passim  
 tate, tum sacerdotum & episcoporum eruditione par-  
 & signis miraculisq; permoti, id quod historicis quam  
 batissimum est, neq; paucis, neq; infimis, Victor. Vita  
 Procop. Caesar. Iornand. P. Oros. P. Diac. Nicephor. C.  
 Blond. Flau. Raph. Volaterran. Micha. Rit. Atque ita Ge-  
 tium migrationes, quas accuratissimè perscribunt pra-  
 alios Wolsf. Laz. Blond. Fla. Volater. neq; ipsis Barba-  
 incommodæ, neque ecclesiae Christianae fuere inuti-  
 Per eas cum boni probati, tum mali Christiani seu casti-  
 ti, seu castigatione emendati sunt, uti libris 22. D. Augu-  
 P. Orosius libris septem, Saluanus Massiliensis octo libris  
 demonstrant luce clarius meridiana. Demum eadem De-  
 Opt. Maxim. prouidentia, & fides Christiana ad barbaras  
 quasque nationes, uti diximus, prorogata est, & secundum  
 Prophetarum oracula, qui erant procul & toto orbe à Deo  
 errantes & alieni, facti sunt propè: quibusque olim dicebo-  
 tur, Non populus meus vos, & non misericordiam conu-  
 cuti, repente facti sunt filii Dei. Quam diligentem in certis  
 illis conuertendis & ad sanam mentem reuocandis nau-  
 rint operam Episcopi passim, Eugenius & alii in Africa, &  
 vtraque Mauritania ac Numidia; Leander Hispalensis, Is-  
 dorus,

Off. 1. 2.  
 Rom. 9. 16.  
 & seq.  
 Deut. 32.  
 3. 1. 2.



rus, Arcadius, Probus, Pascasius, & Euty chius in Hispania; Lupus Trecentis, alii que in Gallia; Paulinus Nolanus, alii que in Italia, annalibus adnotatum est. Quantum laboris impenderit S. Gregor. Papa, reducendis Ariatorum opinionibus Longobardis; quantopere diligentius \* Carthaginensis episcopus studuerit demulcendis Vandalis; quantum sudarint Boethius, Symmachus, Cassiodorus instituendis Gothis, & alii alii que aliis & aliis, alibi & alibi, eorum scripta abunde testatur. Ante tempora Gregorii Mag. fuit item S. Barbatu episcopus Beneuentanus, qui Longobardos pridem baptismo, Christi que fidei concupatos, & partim in haresim, partim ad idololatriam prolapsos, plenius solidiusq; religione Christiana imbuit, Iustino II. Imp. Ioan. Pont. Max. anno plus minus ve. lxxj.

Persa sepe receperunt fidem, sepe ab ea descuerunt. Equidem temporibus Apostolorum fidei illos inauguratos fuisset dudum diximus. Iterum Constantino Mag. A. eos vna cum Iberis, Indis, aliisq; populis, Augusti studio fidem percepisse, aut certe principis Constantini præsidio in ea sibi satis constitisse, historiis liquidum est. Nam quum \* Saporem rex innumeros Christianos gladio perpetuo equiduberet, adeo vt vno Parasceues ac Passionis Christi die sedecim hominum millia variis tormentis esse sublata memorentur, Constantinus Mag. vt non raro alias, quum literis nihil apud Saporem promoueret, hac vna de causa bellum ei iudicet. Vide mihi Sozome. lib. 2. cap. 11. Niceph. Call. lib. 8. c. 37. Cassiod. hist. Trip. lib. 3. c. 1. & seq. Theodorit. lib. 1. & 2. hist. & lib. Philotheos, vbi illius sanctissimi & Apostolici prorsus viri Iacobi episcopi Nilibini in Persia meminit, id temporis ibidem Apostoli, Gennad. Sempron. Pallad. Simeon. Metaphrast.

Denuò autem Persa ad fidem redierunt Marutha Mesopotamia & \* Ablate Persidis episcopis, Magis oppido quam reluctantibus, Theod. Iuniore & Valentin III. A. A. Innocent. I. Pont. Maxian. anno, & quod excurrit, 412. quod habet Prosp. in Chron. Nicephor. Call. lib. 14. cap. 18.

*Al. Ruffensi.*

*Al. Saporis.*

*Niceph. lib. 8.  
cap. 14 & lib.  
15. c. 22.*

*Al. Abdias,  
vel Abda.*

Socrat. lib. 6. cap. 8. Sigebertus. Hist. Trip. lib. 11. cap. 1. annes Episcopus Perfidis fuit in Concilio Nicen. I. quoq; Sapor quidam Rex Persarum martirium, vnde Largo, Smaragdo & aliis, Dioclet. & Max. Imp. A. A. coulque in fidem Christianam ferociebant, vt vno riorum die omnes vbique ecclesias (id quod egregie cle imitati videntur Guelii nostri) dirui mandarint, qu nouennio restaurati quiuerint : restauratas vero fu augustiores & splendorios, testimoniū est zeli & P rum atque Sophorum in Deum pietatis; vti scribit Nic Call. lib. 14. eccl. hist. cap. 20. & Euseb. Cæs. lib. 8. c. 2.

*Al. Manich. o.* Saraceni iterum Alamundaro principe gregi Chri ouili ascripti sunt Anastasio I. Imp. \* Ariano, Horn Pont. Max. anno aut circiter 490. Neque hic praver tendum, quod cum Seuerus Episcopus Antiochenus Apostata eis veller suę sectę Episcopos destinare, Deo filium euertente, orthodoxi & Chalcedonensis Syn assertores illis sint dati: quod refert Theodorus Lecto 2. Eodem tempore Immerinos, Persis tributarios, & etenus Gentiles aut Iudæos, fidem & episcopos accep asseuerat, & sanguine iunctos illi Reginę Austriacę qua superius actum est.

*Vide doinceps  
Iranic.  
Gaspar Bruss.  
Contract. Se-  
bast. Munster.  
Alberz. Crat.  
Demochar.  
Wolff. Laz.*

Vindelicos, Pannonios, Noricos, Rugos, Rhetios Vc nenses Austria, aliosque circa populos, Attilę Hunnor & Odoacris Italia regis arate, Seuerino Apostolum age te, ad Christum eiusque religionem vocatos compen Theodo. II. & Valentin III. A. A. Pont. Max. Celestino, no, & quod excurrit, 420. Erat autem Seuerinus ille orig ne Afer, primò monachus, deinde Rauennaten sium Ep scopus. Eius vitam descripsit D. Eugippus illi contemponeus.

Ergonia, Vindonissa, Constantia statim post tempore Constantini Mag. fidei religionisq; Christianę ministros habuere S. Paternum, Landonem, & eius scholę alios, an no plus minus (quod semper addiderim propter scriptorū varietatem) 320. fuit autem primus Vindonissensium idem-

Itemque Constantienſium epiſcopus S. Paternus; aut, vt  
 ſibi volunt, anno cc. Zepherino Pont. Max. Antonino  
 Caracalla Imp. Seueri Imp. filio. Nonnulli Churienſium,  
 Banaſorum, ac Rhetiorum apoſtolum fuiſſe Lucium preſ-  
 byterum mart. contendunt; alii Simonem Cyrenenſem  
 patrem Alexandri & Ruſi crucis cum Chriſto baiulatorē:  
 quidam Lucium quendam alium: nam multi Lucii fue-  
 runt. quicquid de nomine ſit, apoſtoli ſiue præconis eu-  
 angelici iſtuc verum eſt, Auguſtæ & alibi apud Vindelicos  
 Chriſti euangelium fuiſſe deprædicatum, primumq; Vin-  
 delicorum & Auguſtanorum præſulem extitiſſe S. Sofi-  
 mum, qui & Dionyſius, S. Narciffi patriarchæ Hieroſo-  
 lymitani diſcipulum, anno plus minus cc. xc. Pont. Max.  
 Marcellino. ſunt graues auctores.

Bulgari Scythæ, inter Danubium ſiue Iſtrum & Pon-  
 tum Euxinum, confidentes, Serbi, Boſnenſes, Raſcii Cro-  
 atæ, Illytii, Dalmatæ, aliique Sclauſi, quanuis anno viii.  
 xl. Nicolao Pont. Max. Michaelæ & Theodora matre AA.  
 Orientis, Lothario Imp. Occidentis, opera S. Ioannicii  
 Mag. Methodii atque Cyrilli epiſcoporum, quod habent  
 Blond. Fla. Deca. 2. lib. 2. Mart. Chromer. Regino, Vo-  
 lart. in hiſt. Imp. Constant. & libr. 8. Geograph. ſ. de  
 Maſia. Niceph. Call. libr. 22. & 23, tametiſi inquam id  
 temporis ad fidem veniſſe videantur, & quidem animis ita  
 feruentibus, vt Bulgaria Rex abdicato regno monaſticeſ-  
 ſeſ profefſus, Sueropilus Rex Dalmatarum ad baptiſmum  
 conuolarit, de ſchiſmate tantum ad orthodoxiam reuerſi  
 modo ſunt intelligendi; ſicut & Ruteni qui Leone VI.  
 Imp. Adriano II. Pont. Max. anno viii. lxxix. Omnes  
 ſiquidem iſti diu olim vna cum Pannoniis, Daciſ ſeu Da-  
 nis, Maſiis, Macedonibus, Thracibus aliſque vicinis gen-  
 tibus religionem Chriſtianam percepitſe aut ab ipſiſſimis  
 apoſtolis, eorumve diſcipulis exiſtimandi ſunt. Et de Dal-  
 matis, Illytiſque ex diuinis literis conſtat; de Panno-  
 niis vero ex vetuſtiſſimis quibuſque Synodis Nicen. 1. &  
 aliis.

*Verum hi duo  
 libri Calliſti  
 deſiderantur.*

Churiensium primus praeful fuisse traditur Azambisit :  
interfuit Synodo iv. aeu. Chalcedonensi, Leonel. comp  
Max. Marciano A. anno, & quod excurrit, cccc. militat  
metum atq; Spirensium dudum ad fidem vocatorum ximu  
mus antistes tuit \* Theslis, Vangionum & Wormant,  
fium Victor, qui affuere Concilio Agrippinensi tamq  
cccxxxvii. Iulio Pont. Max. Constantino M. A. idificiat  
ex Synodo illa & Chronicis Hieron. & Democh. cum G  
spar. Bruffch. perspicuum est, vt reliquos transeam affuisse

*Democh.*

*Al. Ieffis.*

Scandia siue Scandinavia tribus amplissimis pot Sa  
simisque regnis distincta Gothia, Suecia, siue Sueo ubieru  
Noruegia, apud Hyperboreos extremosque Septem S. Wil  
nales, primum quidem euangelii gustum percepit scopo  
ter, Valeriano ac Publ. Licinio Galieno, & deinceps Ve ne, Ec  
te Imppp. id est ab anno cclvi. & cccclxxix. sicut & bron  
nia citerior & Saxonia, deinde iterum apostolos naci Wille  
Iustino II. A. Ioan. 11. Pont. Max. anno, & quod ca anno,  
rit, v. ix. eodem quo tempore Longobardi, relicti F  
dibus propriis, exteris quaesierunt, Italiamque sum  
gressi, sollicitati à Narsere Eunucho, iniuria à Sopl  
stini Imp. vxore affecto: quam historiam complura  
ferunt. Eam vero religionem isthic seruatam abique  
vsque ad M. Lutheri, orbis Christiani contagionis pe  
lentissime atatem, locuples testis est Ioannes Mag. A  
thorum archiepiscopus Olai Mag. nepos, in praefat. P  
cap. 3. Matth. Palmer. in Chro. Nicepho. Call. lib. 8. 33. hcat,  
33. Magnam diligentemque operam commodarunt ca San  
gno in fide retinendo S. Sigfridus episcopus Eboraceti  
& Olaus rex Norwegia, cuius Crantzius mentionem  
cit. Alibi quoq; Ioan. Mag. Gothicus scribit, vti & Cr  
Gothiam Christi militiae ascriptam fuisse, cum rerum  
tiretur Carolus Mag. A. Profecto Gothos Valente In  
Arianismum hausisse, Socrate, Sozome. & aliis testib  
antea probatum est. Quum enim Gothi Hunnique  
tuis diffidiis & simultatibus confingerent, & Gothos Va  
lens sibi vellet demereri, legiones Thracia eis auxiliari  
milit

*Lib. 4. cap. 31.  
& lib. 17. c. 1.*

ur Azimifit : quamobrem obtenta victoria beneficium officio  
concl. recompensare (vt apparebat) volentes, sese Imperatori  
ccc. militaturos spondent, episcopos Christianos petunt, vt  
catorum vicimus; denum ad ingenium redeunt, Thraciam inua-  
Wormant, Valenti inermi & absque milite bellum inferunt,  
uenti tuncque in casa repertum exurunt : & certe istuc nemo  
M. A. id efficiabitur, Theophilum Metropolitani archiepisco-  
moch. Anni Gothia Syluestro Pont. Max. Constantino M. Imp.  
nseam affuisse Concilio Niceno r.

nis pot. Saxonia reliquaue Germania iugum Domini suauē  
Sueon. obierunt Sergio I. Pont. Max. Iustiniano I. A. apostolis  
Septem. S. Willebrordo Britanno, Wilfrido Lindesamensi epi-  
recepto. scopo, Wulfranno Senonensi, Willehado Anglosaxo-  
nceps. ne, Echberto Eboracensi episcopo F. Eadberti Nordhum-  
ficat. brorum regis, vt apud Reginonem, Marcellinum, histor:  
los nati. Willebrordi discipulum, nostrumque Surium legere est,  
quod ca. anno, & quod excurrit, ccccxxviii.

Fridolinus Scotiae atque Hiberniae regis filius post;  
votorum causa, multas peragratas provincias (vt cum  
primis religioissime fieri solet) in Gallis primum apud  
Pictaunos S. Hilario episcopo, postea ad Belgas diuertens  
prope Mosellam, vna cum Leodegario Franco; inde Ar-  
gentinam, Churiam, Rhetiam, Burgundiam, Basileam  
pertransiens ad Sequanos tractum Rheni secutus euan-  
gelium passim diuulgat, cœnobicia extruit, sacra fana ad-  
ficat, anno plus minus ccccxl. Vixisse scribitur vsque ad  
Sanct. Remigii Rhemenis episcopi & Clodouari primi  
Christianissimi Francorum regis tempora. Et certe quem-  
admodum persecutiones saepe fuerunt causae, cur multi  
huc illuc in peregrinas regiones fugerint, & ad exteros  
euangelicam fidem deportarint; ita crebro (praesertim  
Scoti, Angli, siue Britanni) olim dum aut terram sanctam  
quam dicimus, aut apostolorum limina visitarunt, passim  
euangelio praedicando seruiebant. Sic vtroque tempore  
& pacis & belli, Deus, quia omnipotens est, potest; quia

bonus est, vult; quia prudens est, nouit bene uti. *in numero repetit D. Augustinus.*

*Al. Westphalia, id est occidētia Gallia.*

Frisia, Saxonia ceterior, \* Westphalia, Sicanthia, Nuisia quæ nunc Geldria, Cluua, Iuliacum siue Matsum, totus ager Traiectensis qui Rheno alluatur, Bataua, uel Batua, olim Bataua quæ nunc Hollandia, Waluua, Mattiacorum, quos vocat Strabo & Cor. Tacit. quæ Zelandia appellatur; omnes, inquam, hæc prouincie Christi illustratæ sunt, commodante suam operam Willebrordo, Lebuino, Werentfrido, Luitberto, que eius farina viris religiosissimis, qui, Saxones, Anglis, quos diximus superius, Britanniam deuastantibus, immanemque in Christianos tyrannidem exercens, verso solo, patriaque exulantes, huic sese receperunt, anno Pont. Max. Iustiniano I. A. & Pippino Franco imperantibus, anno plus minus v. xl. ut ex Albert. Cantuariensi Marcellino S. Willebrordi contubernali, Visuarum Martyrologio manifestum est. Primus Traiecti ad Rhenum antistes fuit S. Willebrordus, Iuliacensium vero post anno circiter m. cxi. S. Adelbertus, quod ad nos Seb. Munster. & Democh. Bataua à Cattis, Ceruisis & Ungis Hungariae, Pannoniaque populis originem ducunt, quibusdam putantur: & sane Catuicæ siue Catuicæ insulae apud Hagam Comitum, in ripa Oceani Britannici insulae non paruo est argumento ad faciendam fidem eius rei quam dicimus, præter alia vetustatis monumenta prima quæ isthic visuntur.

*Aspold. cap. 2.*

Frisones namque & Saxones multo ante quoque apostolos accepisse S. Hildegarium & socios Clodoueo Francorum primo rege Christianiss. Anastasio Imp. Symonis & Iudo Pont. Max. apud Regino. reperire est. Demum etiam apostolus adeoque & martyr isthic consecratus est Bonifacius Maguntinus episcopus.

Nauarram, Pompeopolim nunc Pampilonam, Vascones qui ad radices Pyrenæorum montium habitant, gentem asseram, & plusquam barbaram, olim vna quædam

em cum reliqua Gallia Christum utcumq; didicisse non  
 ambigo: S. Amandum vero ad mansuetioris vitæ con-  
 stantiam reduxisse; sicut & Sclavos ultra Danubium;  
 victor est D. Milo monachus S. Amandi, anno, & quod  
 occurrit, vi. LX.

Flandriam, \* Brabantiam, siue, vt olim, Mempiscum, *Al. Braban-*  
 Ambactos, Bennuos, Aduaticos, Ambuaritos, reliquosq; *tiam.*  
 Belgas, vt erant ditionis Gallicana, præter eos quos me-  
 morauimus, religiosissimos mortales adeptos esse aposto- *Al. Childerios.*  
 los ex Francorum regum stemmate, ita accipe. \* Hilderi-  
 co rege cum ob inertiam, tum luxuriam, aliaque vitia hac  
 dignitate indigna, regno exuto, & monasterio mancipa-  
 to, Pippinus, maior domus, omnium calculis, suffragiis-  
 que surrogatus, & ab Zacharia Pont. Max. confirmatus  
 est, cum ob res domi militiæque fortiter gestas, tum ob  
 studium religionis Christianæ, teste D. Lupoldo (in aureo  
 illo libello De zelo veterum principum Germ.) Adone  
 Viennens. aliisque plurimis, anno plus minus vii. x. Is  
 uxorem Bertam Heraclii Imperatoris Constantinopoli-  
 tani filiam duxit, ex eaque Carolus Mag. suscitauit; si-  
 quid Vincentio tribuendum est. Soror illi fuit Amelber- *In Speculo hist.*  
 ga nupta Comiti Brabantensi \* Witgero. hinc nume- *Al. Arnul-*  
 rosa eaque sanctissima soboles nata est, Emebertinus Ca- *pho.*  
 meracensium, \* Arnulphus Merensium præsules fratres, *Al. Arnoldus.*  
 S. Gudula, Reinildis & Pharaildis germanæ sorores. \* A- *Al. Amelberg*  
 melburgæ soror fuit S. Gertrudis quæ apud Niuellenses  
 sacrarum Vestalium Monasticen instituit: Pharaildis Gã-  
 dauum dedicauit, suisque virtutibus celebrauit: Adelgun-  
 dis & Waldetrudis neptes, quarum hæc Montes; S. Gu-  
 dula agrum Alostensem consecrauit. Nam quum prope  
 Alostum in pomariis suburbanis, apud pagum Mortzel-  
 lanum, suum Oratorium eremitico more & ædiculam  
 haberet, stupenda ibi sanctimonia claruit, multisque si-  
 gnis: demum etiam in vico Ham vita functa est. Illic Ca-  
 rolus Magn. A. Imper. deposito diademate Deum Opt.  
 Max. ad memoriam S. Gudulæ adorauit, soluit vota, im-

ploravit eius fidem opemque. Postremo monasterium  
 illic Virginum Deo dicatarum instituit atq; dotavit,  
 Nordmannis Danisque, irruptionem in Belgium fac-  
 tibus, devastatum, à Ludouico pio Caroli Magni filio  
 restauratum auctumque est.

Alostanus comitatus, ille, ditissimus agri (habere  
 sub se ciuitates treis, pagos vastissimos opulentissimos  
 72. adeoq; ipsi Cameraco iura dicit, alioqui Imperiali-  
 beræ ciuitati, imò quam sibi hoc tantum titulo alle-  
 Carolus Quint. A. quod Alosto principaretur) euan-  
 gelii præconem, cum primis S. Amandum, deinde eius  
 de alumnus S. Vrsmarum habuit, anno, & quod ex-  
 rit, vi. LXXVIII. Iustinia. Imp. Leone III. Pont. Max. re-  
 bebat sacram casulam & rugurium ad mœnia S. Vrs-  
 rus, vbi postea cœnobium S. Vrsmaro initio, deinde  
 Guielmo est nuncupatum: id quod à Nordmannis  
 exustum dirutumque fuit, & intra muros denique tra-  
 positum; vti in archiuus eius cœnobii memini me legisse  
 puerum.

Gandauensibus, Brugenibus, cæterisque seu Flandria  
 seu Brabantis eodem tempore à S. Amando, Bertulpho  
 \* Allouino, siue Bauone, Louato, Bertino, Floreberto,  
 Andrea, Ioanne, Humberto, Mauronto, aliisque S. Aman-  
 di collegis, prædicatum est. Neque mihi hic est om-  
 tendum, S. Amandum, more apostolico, infinitas virgi-  
 nes passim sacro velamine amicituisse, ac ecclesias fundauisse;  
 se; discipulosque eius deinceps plurimas, ordinisque S. Be-  
 nedicti (qui tum in primo flore erat) monasteria non  
 pauca, vti ex Milone, Surio, & cœnobitarum archiuus,  
 satis superque probatum est. Collegæ S. Amandi fuerunt  
 Arbogastes & Pyrminius Angli. Antuerpia atque Me-  
 chlinia tunc vici, hoc magis mihi probantur, aut ab epi-  
 scopis, Cameracensi Emebertino, & Metensi Arnul-  
 pho fratre germano, aut ab ipso S. Amando fidem reli-  
 gionemque Christianam didicisse, quo magis Tamisia  
 in media inter vtrunq; pagum fuit, vbi Amelbergam sinem  
 vitæ

*Al. L. 1000.*

*Thom. 10.*



fecisse, & sepultura locum delegisse manifestum est. metfi Mechlinienses insertos Christo S. Rumoldo episcopo auctore Davidis Scotiae regis filio circa annum, & hoc excurrit, vi. Dagoberto II. Francorum rege, Pippino duce ac maiore domus, sicut & Lirenses Gommaro condite S. Rumoldi familiari rerum satagente (quem alii de Britannia, alii ex Pippini genere oriundum faciunt) certo certius sit. Neque id temporis hic, id est, in Belgio, fidei religionisq; seriem ceu filum cepisse telamve cultus Christiani (vt ita dicam) adduci possum vt credam, quum vel Philippici, vel Anastasii II. vel profecto Leonis III. Imperatoris, circularibusque edictis, iconomachiam passim in Belgio exercitam fuisse sub eadem tempora, & istoc nomine & abbates & episcopos aliosque pietatis Catholicae studiosos mortem obiisse, Christ. Massaeus, Meyer. aliique affirmant.

Augustalis aepalatina Bruxella S. Gaugerici tanquam suae fidei patribus, & archidiaconum colit, S. Aman- di fidum in agro Dominico excolendo Achaten. vnde & vetustissimum totius urbis templum eius nomini est dicatum. Floruit, si historiae fides habenda est, anno DCLXIX.

Praecipuum est (vt sic loquar) maximeque demonstratiuum argumentum, quod me monet, quo autem per vniuersum Belgium, potissimum a tempore Clodouei anno CCCCLXXXV. ac inde haecenus Rempub. Christianam accuratissime fuisse ordinatam, ecclesiae Hierarchias elegantissime compositas, fidem religionemque ad amissim obseruatam, quod Clodoueus tot tantisque conatibus, ac deinde Carolus Martellus, Pippinus, Carolus Mag. zelo religionis Gothos, aliosque Barbaros Italia, Saracenos Hispania exturbarint. id quod produnt Gregor. Turo. Ado. Vien. Regin. Gagui. Aimoin. Turpin. Lupuld. Sigebert. Neq; mihi persuaderi sinam religiosissimos mortales illos, tantum ab rebus suis ocii habuisse aliena vt curarent, sua negligenter, nisi iam tunc hic esset bene cultus ager, nisi prius proprio priuatoq; horro zizania quaeq; noxia demersissent.

*Vide Seb. Mün-  
ster. G. sp.  
Brusch. An-  
ton. Democh-  
L. uent. F. ac.  
Marth. Pal-  
mer. Sigebert.*

Wertzenburgensium ac Herbipolensium primus Ver  
tistes sacratuſ est S. Burchardus Britannus, S. Bonit Sv  
ſanguine iunctus Moguntinenſi epiſcopo, & in pade dem  
gio Chriſtianæ pietatiſ alumnus anno, & quod exero aliq  
VII. XL. Leone Iſaurico & Conſtantine. F. AA. Iconat, v  
chis, Pippino & Carolo Mag. Francorum regibus, Za Eo  
ria Pont. Max. Hic epiſcopatuſ præter opimas laura dumar  
donationeſ Regum Gallia, etiam Franconia ducant circ  
Voitlandia potiori portione, Grego. Papa, ditatuſ eſt Iren  
cuerat Herbipoli & per cunctam antea Franconiam Monal  
\* Quillianuſ Scotuſ cum ſociiſ anno, & quod exer  
VI. LXXX. Conone Pont. Max. Heraclio imp. illuc  
ſcopuſ deſtinatuſ; vt habent Sigebert. Francit. Irenic  
3. cap. 76. exegeſeōſ Germania Chriſt. Maſſ. libr. 14.  
neſ Sylui. Herman. Contract. Faſciculuſ temp. Cra  
Io. Schom. Eiſterrenſibuſ ſiue Aychiſtandianiſ & Aug  
tenſibuſ primuſ præſeſ ſacerque antiſteſ à S. item Bon  
cio dataſ eſt S. VVilibalduſ S. \* Richardi regis Britanni  
& S. Bonnæ filiſ, Conſtantine V. Pogonato & Ire  
matre A. A. Orientiſ, Carolo Mag. Occidentis Imp.  
Adriano I. Pont. Max. cuiuſ decreto ſeptimuſ Con  
Oecumenicuſ Nic. 2. contra Iconomachos ab epiſcop  
CCCLXVII. coactum eſt, S. Tharſio patriarcha Conſta  
tinopolitanuſ, nomine ſediſ apoſtolicæ, vna cum aliſ, p  
ſide; vt habet Photiuſ patriarcha Conſtant. & Nicepho  
Call. Tom. 20. aut certe Leone III. Pont. Max. VVilib  
duſ epiſcopatuſ hunc adiit anno pluſ minus VII. xci  
vti ex iſiſ quos citauimur conſpicuum eſt.  
Epiſcopatuſ Elzienſem ſiue Aulicenſem ſiue Hilde  
heymenſem fundauit dotauitque Caroluſ Mag. firmat  
& pariter auxit Ludouicuſ F. cognomento Piuſ: primuſ  
eiuſ flamen epiſcopale fuit \* Guntheriuſ anno circiter  
VIII. Stephano IV. Pont. Max.  
Stalinſtedenſem ſeu Halberſtadenſem epiſcopuſ primuſ  
egit S. Hildigrinuſ fra. S. Luderuſ anno circiter VII. LXXX  
auctore Leone III. Pont. Max. Carolo M. Imp. A.  
Verden

*Al. Chilianuſ.*

*Al. Richardi,  
di. quod nomen  
Regibuſ Hi-  
ſpania admo-  
dum olim fuit  
familiare.*

*Al. Guntheriuſ.*

primus Verdensis episcopatum primus omnium administra-  
 S. Bonifatius Svitbertus monachus Anglus eodem fere tempore,  
 in pace eisdemque cum ecclesiâ, tum imperii Satrapis, cui episco-  
 od excuro aliquot abbates Scoti succellere anno, & quod excur-  
 Iconent, VII. LXXVI.

bus, Z. Eodem ævo Paderbornenses S. Harimarium siue Ha-  
 as laudumarium episcopum sunt consecuti, Anno VII. LXVIII.  
 e ducunt circiter.

tus est. Item fundatore Carolo M. A. Mimigardensium, nunc  
 Monasteriensium, episcoporum series cœpta est, cōsecra-  
 d. exc. tulque primus episcopus S. † Lugderus: id quod apud eos. *Al. Luderus.*  
 illuc dem scriptores testatum est.

Irenic. Eadem tempestate Mindenses S. Hernibertum:

ibr. 14. Osnaburgenses S. Vvihonem genere Frisium:

p. Cran. Bremenles S. Vvillehaldum:

& Aug. Hamburgenses S. Heridagum, monachos vitæ probi-  
 m Boni. tate claros, episcopos sunt nacti.

Britann. Deinde anno, & quod excurret, VIII. XLIII. Hambur-  
 o & Ire. genium & Bremensium diœceses in extremis Saxonibus  
 is Imp. confinioque Sclauoniæ apud Nordalbingos in vnum ar-  
 m Com. chiepiscopatum Bremensem coierunt; primusque archie-  
 episcop. piscopus fuit designatus S. Augarius; cui vita defuncto,  
 Confr. surrogatus est S. Rembertus. Augarius Ericum 3. Daniæ  
 aliis, pr. regem conuertit.

licept. Sueria siue Sueonia † Berone rege, Carolo M. Imp. & *Al. Biorno.*  
 V Vilibe. Ludouico A. A. S. Augarii monachi industria ouili Christi  
 . xcv. accreuit anno, & quod excurret, VII. LIX. Deinde Ericho  
 e Hilde. Steenchillo principe, postremo rege S. Olao qui primus fe-  
 firmam. re isthic Rex Christianus scribitur, anno, & quod excur-  
 primum. rit. IX. XXXVII. Otho. I. A. Martino III. Pont. Max. quod  
 circiter. scribit D. Io. Mag. Gotth lib. 17. cap. 2. 15. 16. & sequen. De-  
 moch. Lazius. Lupoldus item.

primus Nordmanni quum dudum, non solum in Galliam Bel-  
 LXXXI. gicam, verum etiam in vniuersam reliquam Galliam, imo  
 A. Italiam fuissent grassati indignis modis; denique Hieron.  
 Verden. principe primum, Ludouico pio A. Eugenio II. Pont. Max.

anno, & quod excurrit, VIII<sup>o</sup>. XV. deposita barbarie ad  
tem Christianam venerunt, teste Mich. Ritio. Horum  
pe in Belgium excurrentium, causa, Carolus Mag. Lau-  
ricum Harlebkanum secundum Flandriae Hannoni-  
que Forestarium comitem perpetuum creavit de Mar-  
filiisque officium pariter & ditionem hereditariam  
vt limitanei custodis, vel praefecti instar arces passim  
trueret, ac perpetua praesidia haberet arcendis Nordman-  
nis, vt Lazius perhibet, Meyerius, Sigebert.  
Verum, auctore Placco Horat.

*Naturam expellas furca, tamen usque recurrit.*

Nordmanni fidei renunciant, denuo praedae inhiant  
sacrilegia admittunt, ingentem stragem Christianorum  
machinantur: quid plura? Carolus III. cognomento Cra-  
sus, Carolomanni (vt vult Blond. Fla.) frater, Ro-  
fredo Nordmannorum Regi demerendo Gislam filiam  
Regis Lotharii fratris uxorem dedit, atque Frisiam  
uerlam dotis loco; sicque cum sua fidei religionique Chri-  
stianae vindicauit, Anno VIII<sup>o</sup>. LXXXII. Deinde Carolus  
Balbus rex Gallicae Franciae filiam suam Rolloni ducem  
Nordmannorum hac lege, vt se Christianum fore foue-  
ret, sponndit, Anno, & quod excurrit, VIII<sup>o</sup>. LXXXIV.  
demque Nordmanniam in regno suo in feudum tene-  
dam decreuit. Denique Henricus I. A. Nordman-  
nos Danosque in ordinem absolutissime redegit, vt  
apud annales Franc. Vincent. Lupoldum Bebeburg-  
gium fulissime tractatur. De ferocia Nordmannorum  
habetur VII. q. 1. Sciscitaris, & de conse. distinct. I. Con-  
dimus.

† Eruli mercede pecuniaque conducti ab Imperato-  
re Iustiano I. A. sese fidei Christianae submiserunt anno  
plus minus pxxx. Pont. Max. Vigil. quod habent Procop.  
Cae. Euagri. Scholast. libr. 4. cap. 20. Erulos, Wendos,  
Rugos denuo prolapsos restituit religioni Waldemarus  
Mag. in catalogo regum Danemarcorum numero LXXVII.  
vt est apud Wolfgang. Laz. lib. 9. de Marcomannis.

Ruffi

Decad. 2. lib. 2.

Lib. 25. cap.  
53. & seq.  
Lib. de Palo  
cap. 2.

Al. Heruli.

Russi siue Rugi, Prussi siue Pruteni, Rutenis vicini, & Moschi siue Molchouita facti sunt Christiani cum Basilio, tum Ioanne Zuniſce Imp. anno, & quod excurrit, 111<sup>o</sup>. LXV. Ioanne VIII. Pont. Max. Quum enim viderent librum Euangeliorum igni admotum virtute diuina non cremari, dederunt sese Christo. Refert Io. Zona. Tom. III. Lambertus Scaffnaburgensis dicit à Benedicto v. Pont. Max. & Otthone I. Imp. D. Adelbertū illis erudendis destinatum anno plus minus 11<sup>o</sup>. LX Vide Herimoldum presbyterum, qui scripsit Chronica Sclauorū, ante annos aut circiter 11<sup>o</sup>. Danorum rex Haraldus vna cum regina Moguntia Baptismum Christi suscepit, Ludouico pio A. & vxore eos de fonte leuantibus. Misitq; Imperator S. Augustinum Hamburgensem, Gallum, Magnum, Othomarū, Ioannem, Martinū, partim Constantienses episcopos, Victribum, ac Thossonem Augusta episcopos, Vdalricum, Conradum, aliosq; partim Sueuos, qui Boemiam, Hungariā, reliquamq; Germaniam ad fidem, vnde descuerant, reducerēt, anno, & quod excurrit, VIII<sup>o</sup>. XVI. Pont. Max. Leone IV. quod habent Lupold. Chroni. Martin. Vvolfgang. Laz.

Apud Boios, siue in Boia, vel Boiaria quæ nunc Bauaria est, domitis saepe rebellibus Saxonibus, cum rerum tadem potiretur Carolus Mag. studens magis fidei religionique Christiana, quam imperii terminis ampliandis, omnibus populis, quos sibi subiugarat, ilico episcopos, flamines, sacrosque mystas dedit catechizandis rudibus, iis qui pridem instituti fuerant roborandis. Magnam hic operam nauarunt Ludgerus episcopus Monasteriensis, Vilebaldus Bremenf. Hildegernus Alberstadenf. prius Catalanenfis, Lynderus frater Hildegerni Mundegarnordenfis, & Vilebrordus cum suis, & paulo ante S. Rupertus episcopus Vormaciens. ad Boios profectus, iunctis sibi XII. monachis, quos huc illuc apostolos ordinauit. primusque episcopus Iunania, quæ nunc Saltzburga, creatus est S. Rupertus Theodeberto rege Francorum, Phoca Imp. A. Sabino Pontif. Maxim. anno, & quod excurrit, VI<sup>o</sup>. Vide

*In Saxonia  
certe fuisse de-  
pradicatum  
Euangelium De-  
clo Imp. A. ex  
historia Thy-  
phonis, Respi-  
cii, Tribuni, &  
Nympha mar-  
tyrum mani-  
festum est.*

Democh. Gasp. Bruff. Seb. Munst. Laz. Lupold. Mich.  
Crantz. Regin.

Idem studium impenderunt conuertendis ad fidem  
Carinthiis, Carnis, Tauriscis, Styris, aliisque Herulorum  
ac Marcomannorum reliquiis, S. Ruperti Franci quem  
primus discipuli Giselaricus, Wilo ac Sodomus ex Boem  
riundi; item Corbinianus, Emerannus, Bunifidus A  
Bonifacius qui & Winbaldus, & Wiliboldus Scoti, D  
ningus, Modelhamus, Modestinus, & S. Virgilius episcopus  
Lunaniensis Teutones. quos memorat Lazius in partibus  
de migrationibus Gent.

Danis, Vindis, Saxonibus, Sclauisque iterum iterum  
prædicatum fuit, primum Pippini & Caroli M. temporibus  
per S. Heridagum, vt refert Irenic. secundum Ludouicum  
Lupold. cap. 2. Pio A. per Aufgarium; tertium per Helmannum Otthone  
I. Imp. anno plus minus 19. xl. quod notat Herman. C  
tract. postremum Boleslai Boemia Poloniæq; regis ante  
circiter M. XII. Otthone III. Imp. à Greg. V. Pontif. Max.  
testis est Martin. Chromer. lib. 3.

Poloni seu natura ad virtutem procliuoris facilitate  
seu Dei naturæ præsidis præueniente gratia, solo relictis  
eorum qui in Boemia atque Morauia & alibi religionem  
Christianam ritus viderant, abdicato Paganismo, sese Chri  
sto deuouerunt, rege Miecislao, Otthone I. Imp. Ioan. XII.  
Pont. Max. quod testatur Chromer.

Lupold.  
Danorum Rex Haraldus cum omni populo suo & vxore  
& liberis anno, & quod excurrit, VII. LXXXIV. Carolo  
M. Christo fidem & nomen dedit: sed mox versa in seditionem  
plebe, non nisi mutua cæde rem composuerunt,  
& nunc quidem bonis, nunc malis cedendum regno fuit.  
Vsq; adeo nec bene conueniunt, nec in vna sede morantur.

Vt in opere  
Apologetico de  
ind. stris de  
monstrabimus  
prostitio Nu  
mine.

Religio & superstitio, fides Catholica & hæresis apostata.  
Quid opus est multis? post parricidia, post sacrilegos  
incestus, post flagitia infinita, tandem Haraldus Danorum  
rex Otthoni I. fit supplex cum vxore & liberis & populo  
vniuer-

niuerso, susceptoque baptismo renunciat idolomania:  
 & ita tandem vicit vim veritas. Quam cruenta saepe fue-  
 rit in vtramque partem victoria, cum in Dacia, tum Sue-  
 dia, tum Noruegia, his quidem in orthodoxorum partem,  
 illis in hæreticorum factionem inclinatis, apud Crantzi-  
 um cernere est eadem de Saxonibus apud Sigebert. & a-  
 lios, de Anglis apud V. Bedam, de aliis aliisque apud alios  
 aliosque comperimus.

Rugi post defectionem diutinam à fide, denuo inserti  
 sunt & in catalogum Christiani nominis relati, rem pro-  
 mouente Helena regina, quæ ab Otthone 1. A. missa lega-  
 tione cupiuit sibi, suoque populo destinari episcopos, reli-  
 quumque clerum illinc non ita pridem profligatum. vs-  
 que adeo *virtutem odimus presentem, absentem quarimus*  
*in malis.* Vt frequenter, occulto Dei iudicio, vero quidem &  
 iusto, quantumuis duro, nobis nescientibus, nihilque tale  
 cogitantibus, & altum dormientibus, eueniat; quod diui-  
 nis miraculis præfagitum est: ego ad æmulationem vos &  
 inuidiam concitabo, ipsi me prouocauerunt in eo qui non  
 est Deus, & ego eos prouocabo in eo qui non est populus,  
 & ingente stulta irritabo eos. Felices proinde & terq; qua-  
 terque beatos ego censuerim omnes eos qui fidem mori-  
 bus humilibus profitentur, fideique perpendiculo respon-  
 dentibus,

*Bona si sua norint*

*Christicola.*

*O cæcas hominum mentes & cœlestium inanes.*

Profecto D. Saluianus Massiliensis episcopus eodem  
 argumento & scopo tractans de vero Dei iudicio & pro-  
 uidentia octo libris, quo vel Augustinus Afer XXI. de Ci-  
 uitate Dei, vel Orosius Hispanus septem, quum multis ra-  
 tionibus probationibusque differuisset totius Gallia, Bel-  
 gii, Italiae, Hispaniae, Africaeque per Barbaros, Hunnos,  
 Gothos, Vandalos extremam depopulationem, non nisi  
 Christianorum viciis, iustoque Dei iudicio acceptam re-

*Deut. 32.*  
*Rom 9.10*

Lib. 8.

ferre deberi; denique præter alias causas hanc quæ non minimam esse allenerat deuastata: Africæ ratio quæ quod Africæ monachos & quoscunque religiosos in dotat solve aut ex Ægypti cœnobis, aut sacris Hierosolymis Syno locis, aliisque eremi ac solitudinum monasteriis in Africa pils forte traicientes, velut noua & nunquam antea videri successe tenta ac monstra exhiberent execrarenturque, & in Theo ac dictoriis multigenisque prosequerentur iniuriis, spirate que aliter ego iustum illud Dei iudicium, quo nuper gnan lia, Belgiumque prædæ datum est, existimo, nisi negat c. ass contemptæque religionis vicio. De Guesiorum veritate cern barie alio propediem volumine perscribam fauent coph superis. Illud hic dumtaxat de illis dixerò, quod de Africa clet lim asseruit Saluianus lib. 7. Non sic Æthiam flammis iust astuare, sicut isti luxuriant cupiditatibus, prauisque co r. Etibus & studiis & molitionibus, adeo vt facilius credi nem sit, Guesium non esse Guesium, quam non esse flagitio sum, quam non esse sacrilegum, quam non esse No def pium.

Quum Boiarii, Vindelici, Norici, Austriaci, multis uissimisque præliis conflixissent cum Pippinis & Carolo aliis & aliis, postremo sub tempora Ludouici pii anno, quod excurrit, v. x. disciplina fideique Christianæ aut commodare exorsi sunt. Heraclio vero Imp. A. Deuadit Pont. Max. † Rudpertum episcopum Borbetomagensem à Berichario tyrāno sede pulsum acciure Apostolicum & † Theodone duce hoc nomine tertio Boiorum Regem cum tribus filiis, & numerosa plebe, sacris Vndis lullat religionique Christianæ vindicato, delubra idolis facta uersa, soloque æquata sunt; variæq; passim, cum per Rudpertum, tum per Giselanicum Sodomum, aliosque eius discipulos, apud Pannonos, Auares, Sclauos, & noua ecclesia constructa; & veteres è ruderibus ruinisque suscitata: inter alias Fabianensis, vbi nunc est Vienna Austria quondam à S. Seuerino & Mamertino auspicata; & in agro Carantano, Soliensis Deiparæ Virgini sacra, quam

Donni

Vide La 7 de  
Bois lib. 7. &  
de Cimbris  
lib. 3. Onuph.  
Rheginon.  
Aimoin.  
Sigebert.

Al. Rudpertum  
Al. Theodone.



Donningus fertur erexisse. Fuit isthic apud Boios, inquam, in ecclesia à S. Rudperto fundata, & à Theodone dotata, vnde Theodonis Villæ nomen sortita est, habita Synodus Rhemensis Vvulfario xxx. Rhemorum archiepiscopo præside superstite, Carolo Mag. A. VIII. XIII. Ebbo successore Vvulfarii præsentè. Errant forte proinde qui Theodonis Villam putât esse nostram Diettenhouen civitatem, Luxouienti seu Lutzenburgensi ducatu contiguam. Fuit autem Concilium isthuc potissimum hac de causa indictum, vt episcopi Galliæ atque Germaniæ decernerent, quid statuendum esset in tyrannos, sicarios, lycophantas, qui quoquo modo sacerdotem reliquumque ceterum damno, iniuriæ affecissent. Eius Theodonis filius † Vvilo v. Rudpertipædagogia instructus, à Theoderico I. Francorum rege limiti Armorico est præfectus, ditio nemque omnem inter Scaldam, Mosam, Rhenumque amnes, ac Oceanum Germanicum aduersus incurSIONES Nordmannorum, Danorum, aliorumque Barbarorum defendendam accepit; primusque inter Marchiones Antverpienses siue limitis Britannici, nunc Anglici, præfectos censetur. Et inde sane non modo Marchionum Antverpiensium seriem texere, verumetiam fidem religionemque Christianam altius, patentius, firmiter radices egisse partim Bois (quos diximus) religiosissimis, partim Lotharingis adniventibus Satrapis, licet colligere. Nam Asopertus tertius Marchio Pluthyldam † Lotharii III. Regis Francorum filiam, vxorem duxit; inde natus Arnulphus pater Arnulphi Merensium Mediomatricum episcopi: Inde Brabantia ducatus, Bolonia, Arduenna, Hasbania, Lotharingiaque duces, Louanensium, Hannoniensium, comitesque Hollandia orti sunt, vnaque sanguine iuncti, etiam fidem proceres omnes inde prognati iunxerunt, & hucusque inde prauatam seruarunt, seipsis semper (ob fidei religionisque merita) & feliciores, & duce virtute, fortuna comite potentiores, nobiliores, augustiores. Non enim tantum Flandria aliæq; Belgicæ xv. provincia, verume-

*Al. Vito vel  
Ottho.*

*Anno 540.  
plus minus  
quando Ma-  
homet suam  
fabulam in-  
choauit.*

*Al. Clotharii.*

tiam regna plurima, Hierosolymitanum, Siculum, politanum, Indicum, Hispanicum, ipsumque ad orientem Germanicum siue Romanum accessere. Sic ut olim prisci Romanorum Imperatores, Imperii potestatem prorogantes, diuersis prouincijs diuersos consules adfuerunt, fides, aut proconsules, aut proreges constituuntur, ut Constantinus M. Iouinia, Valentiniani, Theodosii, Caroli & omnes retro fidei terminos extendere studentes, ad furtiuam incursionem prohibere cupientes, milites cuiusmodi limitum praeficiebant ac Marka. Et ii quidem primum milites, deinde custodes, postea Praefecti limitum siue limitum postremo comites Marka & Markiones dici coeperunt, vel Comites de hac aut illa Marka, seu limite, exempli gratia: Hispania, Britannia, Gallia, Gothia, Germania, ceterarumque ditionum Christo fideique Christianae nuntiarum. Id quod saepe reperit Aimoinus lib. 4. cap. 96. 105. 107. 109. 110. 114. 116. lib. 5. cap. 34. 35. 40. 41. Vnde vero Buri, Eburones, Arii, Gotthini, Quadi, alique Germaniae populi inde Marcomannorum nomen apud Cornelium Tacitum, mulrique reges Francorum Marcomanni fortissimi, studiosi viderint, à Quadis nobis mansisse, quos vocamus Teutonice *Quaet* id est, maliciosum facile occidit, quod, quando pueros seu lamias ac terribilissimas voluimus percellere, dicimus, Venturum d. *Quadema*. Neque sane Marcomanni ab anne superioris Austriae, aliquando sedes habuere, denominantur, sed quod esse veteris Germaniae gentes limitaneae, vsque ad Oceanum Britannicum, permixta sylua Ardenna, pertingentes, vult Cornelius Tacitus. Laz. & alijs liquidum est. Marka autem custodia ob locorum vastitatem, & ab inuicem inter capedimiam, non nunquam in plures Comitatus, limitumque eiusdem Praefecturas diuisam, apud Aimoinum, quem citauimus, reperire est, non semel. Ita vero Markionibus olim honor delatus est, vt etiam esset graue pondus honoris. Agebatur siquidem cura eis reperundarum, alijque pe-

nis gra-

grauissimis mulēbantur; si quando suam Markam nō esse fuissent tutati aduersus Barbaros.

Eodem modo sepe alias ob huiusmodi officia, Principes suos Vasallos beneficiis sunt profecuti, & inde tot passim Comites creati sunt. Sic Ludericus secundus Flandriæ Comestarius à Carolo Magn. eiusdem Flandriæ Comes est designatus, Anno circiter VII<sup>o</sup>. LXXX. quum antea solum fuisset Dominus Harlebekanus. sortitusque est partem limitis & oræ siue Markæ Britannicæ donatione Caroli Magni iure hereditario, vti diximus. In Danorum Marka rex regno potitur, patria fidei Ro. symbolum retinet. Vtrum hæc alio pertinent. Nos ad institutum reuertamur.

Apud Pannonos, Rugos, vniuersosque Sclauos, & per eundem Sclauoniam (quæ esse decies maior Saxonia dicitur, Boemos, Polonosque & omnes qui trans Oderam flumen sunt populos perstringens) iterum & iterum per Adelbertum cœnobitalque alios euangelizatum est, Otthone I. & II. A. A. anno circiter IX<sup>o</sup>. I. X.

*Lupold. Ven-*  
*ezia Bohem.*  
*Dlugos.*  
*Bacif. a. scera*  
*Mich. Rst.*  
*lib. 1.*  
*Bonfin. de. ad.*  
*2. lib. 1.*  
*Seb. Munst.*

Item apud Hungaros Henrico II. Imper. anno plus minus u.

Apud Apodricas Sclauos, Henrico I. A. anno VIII<sup>o</sup>. XX.

Item eodem Imp. apud Nordmannos & Danos.

in Boemis multi inaugurati sunt Christo Anno IX<sup>o</sup>. in rebus agente (vt sic dicam) Suatuplugo rege Sclauorumque principe, & Boemia Regem Bornionem ita inducente, anno, & quod excurrit, IX<sup>o</sup>. Imper. Conrado I. A. Io. x. Pont. Max.

Vngaria ab Hunnis etymon & originem pariter habens, in fidem religionemque concessit Otthone I. Imp. anno plus minus IX<sup>o</sup>. xxx. Hungarorum rege Gayca patre, & S. Stephano filio, & Adeodato comite operam nauantibus, Adelberto Pragensium episcopo non indiligenter quoque manum admovente. Denique post Diutinam & plusquam Satyricam atque Barbaricam debacchationē in ceterum vniuersumque ordinem ecclesiasticam, in templa, factatasque icones & imagines, in sanctorum Diuo-

rum omnium reliquias venerandas, in sacrosancta  
maque adeo Sacramenta, reparator emendatorque  
Christianæ apud Hungaros eæ cælo demissus datus  
est Andreas Rex, anno M. XLII. Henrico III. Imp. Bene-  
dicto IX. Pont. Max. Vide Æneam Silium.

*Al. Iovinianii.* Pannonios fidem integramque religionem ferunt  
mihi admodum videtur, quod præter alios, et Iovinianum,  
Ientinianum, & Gratianum Imp. AAA. ex Pannonia  
riundos sit scitum, quorum sanctionibus ac legibus in  
cio contentos crediderim.

Aldenburgenses, seu Oldenburgenses, nec non  
becenses fidei rudimenta & velut incunabula acci-  
runt ab Adelgado Bremensium Archiepiscopo, Otto-  
ne I. Imperat. Ioan. XII. Pontif. Max. primusque illis ar-  
stes consecratus est S. Marcus, siue Marco, anno plus  
nus IX. I.

Melrelburgenses, & qui Mechelburgenses, & Magna-  
polenses, & Suernienses sortiti sunt episcopos secundum  
quosdam Lothario I. Imp. anno VIII. XL. secundum alios  
Otthone I. A. an. IX. XXXVIII. & primus illis episcopus  
signatus est S. Joannes Scotus martyr: quod censent Fa-  
nicus, Munster. Democh.

Razeburgensium primus præsul fuit Arist. Hierosolimi-  
mitanus anno, & quod excurrit, IX. LIX. Otthone I.  
Benedicto VI. Pont. Max.

*Vido Regin.  
Prumiensem,  
Ottho. Frising.  
lib. 5. cap. 25.  
Iren. lib. 3.  
cap. 43.  
Seb. Munst.  
lib. 3.  
Gasp. Bruschi.  
Egubhartum  
Vuelfgang.  
Laz. Democh.  
Aimoi. lib. 4.  
cap. 79. 80.  
Lupold. libr. de  
Zelo vel princ.  
Germa. cap. 6.* Episcopatus Frisingensis auspiciis, donationibusque  
Tassilonis tertii, Boariæ ducis, est inchoatus. Iste Tassilo  
multum charus fuit Adriano I. Pontif. Max. adeoque fa-  
miliaris, ut Theodonem filium ei obtulerit sacro fonte be-  
stifrandum. Fundavit apud Carnos, Carinthios, & alia  
monasteria & ecclesias. Corbicum, vel, ut aliis placet  
Corbicianum Gallum Roma venientem per vallem Tra-  
dentinam humanissime benignissimeque excepit, habitum  
que, & ecclesiam Frisingensem sacrare iuxta ac admini-  
strare iussit, anno, & quod excurrit, VII. XL. Pippino Cra-  
so Caroli M. patre Francorum rege. Qui vero huc dementia  
vene-

venit, vt amplissima forte minime contentus, vxoris illi  
 decebris (ō neccēssarium malum) circumuentus perduelli-  
 onem sit meditatus; & concinnatis dolis; conterminos  
 Hunnos in Carolum Mag. cui erat Vafallus iuratus, con-  
 citarit, eaque de causa damnatus capitis, Imperatoris cle-  
 mentia in monasterium vna cum filio sit detrusus, & mo-  
 nastico more attonsus, nolo hic commemorare. Satis est  
 isthoc exemplo discere, lubricam esse fortunæ prosperita-  
 tem, nullumque non, fortunæ secundantis omnia, statum,  
 humanis casibus esse obnoxium.

Ratisponæ quidem, sicut & Churæ Rhetia, & Augu-  
 sta Vindelica in Suenis (vti diximus) Lucius Cyrenensis  
 anno plus minus ex. euangelicam sementem fecit; deinde  
 plantatum isthic agrum rigauit imbre sacro S. Narcissus e-  
 piscopus, qui D. Hilariam nobilem matronam, eiusque fi-  
 liam nomine Afram Christo asseruit, Cypri retro tempo-  
 ribus reginas; itemque Sofinum Hilariæ fratrem, quem  
 ibidem baptismo inicit, indito ei nomine Dionysii, eū-  
 que episcopum Augusta dedit. Ambrosium quoque ali-  
 quot isthic apostolos destinasse inquit, S. Albanum &  
 Theonestum Philippenfium episcopum, ad extirpandam  
 sectam Arianam illic grassantem, anno plus minus ecci-  
 xxxvii. Valentinia. ii. & Theodo. i. Imp. Numeratur et-  
 iam gradus presbyter directus ab Eustachio Augusta epi-  
 scopo, vt vices ageret in Concilio Chalcedonensi episcopi  
 absentis, anno circiter cdxl. Leone Pont. Max. Marciano  
 Aug. Fuerunt item isthic apostoli, anno, & quod excurrit,  
 v. lxiy. Iustino ii. A. Ioan. i. Pontif. Max. Fortunatus,  
 Philippus, Cyriacus, Magnus S. Galli discipulus. Neque  
 defuit vnquam Augusta episcoporum, à Sofimo illo Dio-  
 clet. & Max. Imp. vtiq; ad modernum S. R. E. Cardinalem  
 illustrissimum D. Othonem, virum cum pietate, tū erudi-  
 tione ornatissimum spectatissimumq; , successio, neq; vn-  
 quā aut refrixit fides, aut religio remissa est, ante nata illam  
 communem Germaniæ alme perniciosam luē Lutherum.

Ratisponæ episcopus dicatus est vnus post alium Geb-

bardus, Eberhardus, Vvulfgangus, Imp. A. Carolo Magn. Hermanno credimus; in Otthoni Frisingensi, multo te Carolum Magn. Quumque isthic vetit interrogatus fuisset aliquantisper, & episcoporum desisset succedere Ludouicus pius Caroli F. oraculo iuxta & miraculo monitus Guntharium monachum episcopum dedit, habent Annales Franc. Ottho. Frisinges. Democh. Galp. Irenic.

Magdeburgenses dudum ad fidem conuersi, demum anno, & quod excurrit, IX. LXXI. Albertum episcopum sunt consequuti, iisdem auctoribus.

Pomerani ac Stetineses quam è Vandalis sint egressi non dubium est quin vna cum illis fidei sint consecratissimi. Crantzius tamen eos ad fidem adductos refert annis circiter M. CVI. Henrico IV. Imp. Paschali Pontif. Max. Boleslao II. Polonia Bohemiaeque rege eis imperante, & fidem semel iterumque receptam etiam pœnis sanctissimisque legibus compellente, quod notant Dlugos. Vincent. Martin. Chromer. libr. 3. Hic Henricus primum Danos bello & armis petiit, quod à fide defecissent, & recipiendam quam repudiarant religionem coegit. Idem tamen fecerunt Otthones, omnesque hactenus Imperatores Catholici exemplis Constantini, cæterorumque Constantinopoliticos Imperatorum, tum Caroli Magni. & reliquorum, quos recensere non est necesse, neque huiusmodi propositi. Similiter Canutus IV. saepe è sua Dania bello aduersus Estones, Curates, Sambones, aliosque populos, & vi belli seruire religioni compulit. Vvaldemarus Daniæ Rex LXXVII. cognomento Mag. Vvedos, Herulos, Rugos & alios, non raro vexauit, bellisque infestauit, ob fidei defectionem, anno M. CLXI. Neque vlla vnquam sibi bene constitit Respubl. quæ non leges religionisque quidem præscriberet omnibus, quæque non, volentibus quidem præmia, id est bonis; nolentibus vero, malis, supplicia decerneret. Lege mihi D. August. circa illud Psalmi 2. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, &c. Sicut enim

*Lib. 1. cap. 28.  
Vandalie.*

*La.*

*In hac ratione  
Reges & Imperatores sunt nutriti, & Regina ac Imperatrices ecclesia Christiana omnium promissa  
Hæc 49.  
nutritæ.*

*Epist. 48. ad  
Vincetium &  
ad Bonifacium.*

enim inde ab apostolorum temporibus fuerunt genera  
 quaedam vite, quæ ordines hodieque appellamus, quæ ser-  
 uiebant fidei Christianæ amplificandæ, quale fuit institu-  
 tum cœnobiticum & communiter viuentium, de quo S.  
 Lucas in Actis Apostolicis, & Ascetarum & Therapeuta- Act. 2. 3. 4.  
 rum, auctore D. Marco, de quibus Philo & historici vni-  
 uersi; deinde monachorum, eremitarum, anachoretarum,  
 cœnobarum, seruente persecutione, in solas terras se re-  
 cipientium; demum sicut fuerunt ordines S. Basilii, Hiero-  
 nymi, Augustini, Benedicti, Bernardi, Francisci, Dominici,  
 Guichini, & aliorum; iique (inquam) militabant religioni  
 Christianæ ampliandæ: ita semper ab initio, quo reges  
 Christo sunt initiati, fuerunt, qui nomen dederunt fidei  
 defendendæ ac propugnandæ. & quemadmodum Dauid, 1. Reg. 2. 5.  
 Machabei, aliique infiniti in veteri lege praliabantur præ- 1. Mach. 1. 2. & seq.  
 lia Domini, ita citra Constantinum Mag. qui præter duos  
 Philippos A. A. patrem & filium. Imperium Christo nun-  
 cupauit, semper fuere ordines quidam non tantum dila-  
 tandæ, verum etiam armis tutandæ religioni, militantium:  
 ii vero cuncti instar Constantini Magn. Iouiani, Valenti- Symbolum profissionis  
 nianorum, Theodosiorum, cæterorumque principum  
 Catho. crucem ceu gestabant: sed discolorum, alii viridem,  
 alii rubeam, alii albam, alii aliam.

Eius propositi seu instituti sunt milites S. Ioan. Baptista  
 à Io. Hircano Machabæo trahentes originem, aut certe Io.  
 Eleemosynario patriarcha Alexandrino, Phoca Imper. A.  
 Item, id quod apud Volaterranum copiose est reperire lib.  
 21. Anthrop.

Milites Templarii apud Rhodum & Maltham insulas  
 tum in Gallia, & Germania.

Theutonicorum S. Mariæ Milit. ibidem: horum subin-  
 de meminit S. Bernhard.

Alcantara in regno Castellano & Lusitano.

Calatraua apud Toletum.

S. Iacobi in Hispania.

Milit.

Milit.

Milit.

*Mitt.* Jesu Christi in Portugallia.  
*Mitt.* S. Sepulcri in regno Valentia & Arragonia.  
*Adont.* Syluenses in Lusitania. Neque alio spectant eques-  
 ordines aurei velleris apud Burgundos, & in domo A-  
 friaca; S. Michaelis in Gallis; Caligule apud Anglos, nisi  
 fidem protegendam.

Quoties vero crucis & sacri belli militia fuerit olim pe-  
 dicata, quam ardentibus votis hanc in Turcas, Saracenos,  
 Mauros, hæreticos, sæpenumero Reges, Imperatores,  
 Principes, Duces, Comites, Barones, aliique ex tota Euro-  
 pea Christianitate adierint, non est huius loci differere.  
 Multa in eam rem scribunt Egnat. Fulgos. Guiel. Tyrus.  
 Io Herold. Bened. de Acolt. Aretin. Sabel. & alii. Re-  
 giones autem creberrime ferro vendicatas assertasque  
 illæ, non tantum Christianorum, verum etiam exoticorum  
 Ethnicorumque exemplorum chiliadas, memini me lege-  
 re, apud Tit. Liu. Plutarch. Val. Max. reliquosque scriptores  
 sed hæc alias.

Lituonia cura S. Medardi episcopi, & post eum D. Al-  
 berti sedulitate morum indolisque barbariem dedidit, &  
 pedetentim ad fidei Christiana regulam adducta est anno  
 plus minus m. ccv. Friderico Barbarossa Imp. Hono. 11.  
 Pont. Max. Est in hanc rem ibidem id temporis institutus  
 ordo sacra militia aduersus impressiones Tartarorum, &  
 aliorumque Barbarorum, quod habet Mart. Chromer.

*Lit. 7.* Lituania, vt alia complures immanes seruilisque inge-  
 nii nationes, cum legum, tum militum Teutonicorum &  
 Cruciferorum, quorum tunc erat magna frequentia, me-  
 tu, fidem religionemque Christianam recepit, & eadem  
 opera Vitum antistitem, Friderico eodem A. anno m. cc-  
*Lit. 8. xxx.* Cruciferis id priuilegii, extinctis pridem deletisque  
 Templariis, erat ab Imperatoribus A. concessum, à Ponti-  
 ficibus Max. firmatum, vt quascunque possent, inuaderent  
 infidelium, aut à fide defectorum prouincias, easque cum  
 occuparent, tum etiam suo iuri vindicarent.

Nulla erat id temporis per totam hanc Europam occi-  
 duam,



ditam, prouincia, in qua non & cœnobia plurima quorumuis ordinum, eaque frequentissima essent, & numero personarum ac pietatis doctrinæq; nomine amplissima.

Tartari ad Christi fidem permoti sunt atque promoti rege ipsorum Cassaham miraculo quodam ad Christum conuerso, anno plus minus M. CCLXX. Rodulpho Imper. Greg. x. Pont. Max. Vri habent Sabell. & Guiel. de Nangiaco. Deinde Tartariæ proceres cum & Lateranensi sub Innocent. III. Pont. Max. & Lugdunensi Concilio affuissent, vna Michaele Paleologo suscepto fidei Sacramento, religionem Christianam suis terris populisque reportarunt, anno plus minus M. CCC. Clemente IV. Pont. Max. S. Ludouico & Carolo Francorum regibus, teste Blond. Fla. decad. 2. lib. 8. Quo etiam tempore Turcarum Imp. Azatines palam Christi fidem Romanamq; religionem est professus Arsenio patriarcha Constantinopolitano; quod refert Niceph. Gregoras historicus lib. 4.

Samogetia Christiano nomine censerî cœpit Sigismundo A. Ioan. XXIV. Pont. Max. anno M. CDXII. quod liquet ex Mart. Chrom. lib. 18.

Lituani relapsi à fide, reparati sunt paulo ante Samogetas anno plus minus M. CCCXVI. Urbano VI. Pontif. Max. Caroli IV. A. Imp. Ioannis Boëmiæ F. quem Onuph. Panui. Veronenf. scribit auctorem Bullæ quæ cognominatur Aurea. Vide Seb. Munster. in Cosmog.

Cumani, Bōznenses, Lipnentes, Patrini, aliique Sclauoniae populi complexati sunt fidem Christi, Tartarorum superstitione abrogata, enixissime summisque conatibus suam nauante operam Ludouico Hungarorum rege, anno, & quod excurrit, M. CCL. Clemente VI. Pont. Max. apud Auinionem Gallia de gente, auctore Mich. Rit. lib. 2. & Bonfin. dec. 2. lib. 10. Omnium nouissime accessit nostra fidei, aut potius ad eam rediit nouus orbis, quem vocant, omnesque illæ lautissima & auri & quarumq; aliarum rerum ditissima India, partim D. Philippo Hispa-

niarum regi cognomento Catholico, Flandriae bation  
 dum quidem desideratis amoribus, at Hispaniae delicia Melia,  
 exhaustis, partim D. Sebastiano Lusitaniae Regi rei Cus do  
 tholicae studiosissimo parentes, abhinc annos plus m infula  
 cc. cum primis fratrum Minorum, tum multo poste eriar  
 pore eorum, qui Societatis Iesu appellantur, opera ob int  
 sto Domino conquesta. Remanserant tamen istic miner  
 quidem vetustae & praesae religionis a S. Thoma praecog  
 ta reliquiae ceu futurae frugis quaedam semina: Baptista antea  
 paruulorum, ieiunium, precum in delubris frequentia dam  
 Crucis aduersus daemum incursum tessera, vti ex re Ar  
 Bellonio, Arabe Saraceno Grammat. Petro Mart. Lu giner  
 uico Vartoman. Maximiliano Transsylvano, Io. Barba ratic  
 Cadomusto, aliisque scriptoribus manifestum est. In num  
 ego nuper in Hispaniis Vallisoleti (vbi tunc nostra Com filas  
 tia generalia praeside illustrissimo reuerendissimoq; Do vian  
 no D. Alexandro Cribello Viceprorectore ordinis digni ille l  
 anno 1564. agebantur) incidi (inquam) in Reuerendum que  
 da canicie ac moribus patrem (nomen mihi excidit) m  
 strum (vt vocamus) ordinis S. Francisci Prouincia Perouan  
 Is referebat plurima isthic esse praesae & ab apostolis in  
 tute religionis vestigia, & hinc esse gentem satis moriger  
 tractabilem; ac facilem ad fidei religionisque Christian  
 reparationem. Ditionem vero esse omnium & opulen  
 tissimam rerumque omnium locupletissimam, & am  
 nissimam pariter ac temperatissimam: deinde non in  
 lam; sed terram firmam, continentemque affirmabat, sex  
 tuplo vastissimis illis Hispaniis patientiorem, vtrumq; po  
 lum arcticum & antarcticum hinc inde spectantem, ne  
 que maiorem regionem vno nomine comprehendit. In  
 colas illos inquiebat, ipsos esse Antipodas, apud quos tunc  
 se degere aiebat, supra Peru, & quidem Oceanum inter  
 Hispaniam & illos populos interfluere, quem haud teme  
 re vixque octo mensibus legere conficereue valerat. Tot  
 vero tantaque mihi allegabat suorum Antipodum part  
 tim Geometricas, partim Astrologicas mathematicas pro  
 bationes,

andria bationes, vt cum ex Platone, Macrobio, M. Cicerone, *In Timon lib. 2.*  
 e delicu Mela, D. Lactantio, S. Hieron. S. Augustino, Isidoro se- *Cic. li. 4. Acad.*  
 egi reus doctus essem, quum mihi demum Taprobanam istic *libr. 5. de Rep.*  
 plus insulam nominaret, facile concesserim in sententiam: tum *lib. de ci. ca. 9.*  
 o postetiam quod ad Australem plagam esse memoraret, quam *li. 3. de f. s. l. 14.*  
 pera Crobinterfusum maximum immensissimumque mare me- *cap. 24. s. per*  
 n istic Eteech. 1. l. b. 9.  
 a praed Etymo. cap. 2.  
 Baptian Aug. de decem  
 quentia catig. riu. c. 10  
 ti ex Pe  
 art. Luc  
 o. Bar  
 st. Ino  
 ra Com  
 q; Do  
 is dign  
 dū que  
 lic) m  
 erouat  
 olis in  
 origer  
 ristiani  
 opulen  
 & am  
 on inf  
 dat, se  
 ng; po  
 m, ne  
 di. In  
 os tunc  
 n inter  
 l teme  
 at. Tot  
 m pat  
 as pro  
 iones

Antea ab apostolis penetratam. Tametsi legere sit quos-  
 dam Augusti iram fugientes per imam Ethiopiam & ma-  
 re Atlanticum ad Gades Herculis enauigasse, & Cartha-  
 ginenses quosdam ab Herculeo freto in mare rubrum A-  
 rabicum. Alexandrum Magnum quoque Persicum si-  
 num, mare Indicum, Taprobanam, aliasque Indicas In-  
 sulas ac terras armis explorasse, & partim arte, partim vi-  
 viam sibi aperuisse, ex historiis notum est. Narrabat item  
 ille R. P. apud istos Antipodes siue ἀντιποδῶν, exque diame-  
 tro contra nos positos, celeberrimum, frequentissimum-  
 que orationum studium; ipsos vero adorare vnum Deum  
 trifrontem, cuius si quæras rationem ignorant, nisi quod  
 ita à maioribus acceperint, & Voo monarcha, penes quem  
 summa religionis & Reipub. semper fuit. De Antipodi-  
 bus si quis plura desideret, reperiet apud Ioachimum Va-  
 dianum in Melam: nos ab Antipodibus inferis, ad supe-  
 ros, & institutum vela orationis vertimus.

*Atlanticam  
 regionem veteri  
 insulam fa-  
 ciunt.*

Ceterum, vt iam tandem ex multis antecedentibus  
 (quæ vocat M. Tull.) concludamus, & quippiam infera-  
 mus quod firmum sit & solidum, nulla parte hians, sibiq;  
 inconstans, quærendum ab aduersariis est, errauerintne o-  
 mnes ista apostolicæ ecclesiæ, an non. Si aberrasse dixe-  
 rint, inferendum certo certius. Christum non satis stetisse  
 verbis suis & spansionibus S. Petro, senatui apostolico, to-  
 ti ecclesiæ factis de pædotribe veritatis tum mittendo, tum  
 sempiternum partibus sacrosanctæ ecclesiæ ac velut lateri  
 instar vel ducis vel viæ comitis adhasuro. Quod si errauit-  
 se negent, sese toto celo totaque via aberrare, & quidem

scientes prudentesque, verissimo dilemmate, tan-  
cornuta acie, vnde elabi nulla ratione queant, imp-  
constringi, concludi confiteantur oportet. Hic igitur  
rus aeneus esto, nil conscire sibi ecclesiam, qua: per  
cognomento ac proprio Catholica nuncupatur, nulli  
lescere perfidia, hareses, erroris culpa, hinc vsque ad  
stolos ipsumque; adeo Christum. Quocirca hae om-  
populorum, omnium locorum, omniumque tempo-  
cum tanta ingeniorum & morum, quanta linguarum  
similitudine in tantam eiusdem plane fidei religionis  
concordiam conspiratio, argumento est probatissimi-  
mnes illos populos, suis quoque & locis & temporibus  
eadem tamen schola, ab eodemque didascalo ac praeco-  
go, hac tam profus eadem doctos esse debere. Vnde et  
tanta nostrorum dogmatum, rituumque antiquitas, et  
Numine quodam praeside? Vnde tanta antiquitati, et  
cum omni posteritate consensus? Vnde tanta consen-  
ni, tam vetusta, tam bene aequabiliterque, non cum  
tantum gente, sed cum omnibus, non semel, sed semper  
non hic tantum, sed vbiq; qua orbis patet, conuenit  
hac sine numine Diuū, an casu, an arte euenire arbitra-  
mur? Certe quo antiquius quid, hoc, si Tullio credimus  
diuinius; quo communius pluribus, eo melius; quo  
semper & in omnibus seu locis, seu populis, seu aetatibus  
melius, hoc perennius, Deoque sempiterno sibi semper  
omnibus simili propinquius. Ita nimirum mirionibus  
in actis apostolicis latifecit S. Petrus; & contra eos, pro-  
fuisque inculit: Hoc opus ob quod obstupescitis, non  
manum (inquit) est, sed diuinum, non dolo malo, sed  
uinis promissis conceptum & fultum, non hominum ma-  
litia, sed Dei bonitate plenum. Mirabantur illi eosdem ho-  
mines eiusdem nationis, eiusdem linguis, eadem, sed diuer-  
so modo & idiomate differente, loqui non differentia. At  
non (si boni aestimatores esse velimus) multo amplius  
randum istuc videri debet, tot ingenia, tantam hominum  
varietatem, tam diuersas linguas, tam diuersa idiomata

*Lib. 2. de legib.  
lib. 1. de natura  
Deorum.*

*Act. 2.*

anta præsertim & locorum & temporum intercapedine  
 strempa, tam paria, tam æquabilia, tam eadem prorsus  
 onare? Hanc credimus Sanctorum communionem, in  
 qua censo dicimus beatos; non censo, damnatos perpe-  
 tuum. Hæc est Ecclesia contra quam porta inferorum,  
 quibus sunt mille nocendi artes, incassum nituntur! Hæc  
 est columna & firmamentum veritatis, à quo se auelli Chri-  
 stianus quisque ægrius molestiusque sinere debet, quam  
 vitam ipsam eripi; à quo vel latum culmum (quod inquit  
 unt) recedere, perire est. In arca salus, extra arcam exi-  
 tium est. In Ecclesia cathol. cum metu & tremore adhibi-  
 tis sacramentis, salutem quisque suam operari potest; ex-  
 tra ecclesiam sacramenta esse possunt, prodesse non ita.  
 Quum igitur iam ab aduentu Saluatoris vsque ad nostram  
 ætatem, id est, ab apostolis vsque ad nostri temporis æ-  
 cem, quomodo & per quos Christi Ecclesia nata sit & ad-  
 ulta, persecutionibus creuerit, martyriis coronata sit,  
 confessionibus ornata, & illis quidem tanquam rosarum,  
 his velut liliorum sertis redimita, habeamus, & postquam  
 ad Christianos principes venit, potentia equidem & di-  
 uitiis maior augustiorque, sed virtutibus meritisque facta  
 sit minor, & suapte fortuna feliciore, cœperit esse infeli-  
 cior, minusque beata; Quum (inquam) Ecclesiam catho-  
 licam à Christo suscitaram, ab apostolis per orbem vniuer-  
 sum propagatam, ad nos vsque porrectam, deriuatamque  
 ostenderitimus, fidei regulis notisque ceu tessera quidem  
 parem, sed non item fidei operis & actis: quis ferat hæc  
 puditissima vitii secula (vt S. Paciani in Pyrenæi iugis Bar-  
 cilonæ episcopi verbis vtat) sacros canos apostolici verti-  
 cis euellere niti? Ex illo tempore quo Christus, quo apo-  
 stoli vixerunt, successio vel series episcoporum non est in-  
 tereupta, neque ab aliquo alio, nisi ab Ecclesia per episco-  
 porum vbiq; successiones tenentur has vel illas scripturas esse  
 canonicas aut apostolicas: vnde igitur nisi ab eadem eccle-  
 sia, literarum sacrarum sensa petenda sunt? Illa, n. quæ non  
 scripta, sed tradita custodim<sup>9</sup>, quæ quidem toto orbe seruantur,

*Hieron. in vita  
 S. Malchi.*

*Aug. lib. 28.  
 cont. Faust.  
 Manich. ca. 2.  
 & sequent. lib.  
 31. p. 21. li. 33.  
 cap. 3. & seq.  
 epist. 118. ad  
 Ianua. Tertul.  
 lib. de præscrip-  
 heret. l. 1. ca.  
 lib. 3. cap. 82.*

234. Vincent. datur intelligi, vel ab ipsis apostolis, vel plenariis concilio  
 Lirinens. Basili. (quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas) com-  
 lib. de spiritu data ac statuta retineri. Nam traditionem apostolicam  
 sancto cap. 27. futare, magnam euangelii ipsius (testibus D. Irenaeo  
 Alexander Pont. Alexad. & D. Basilio Cappadocum, episcopis  
 apist. ad Con- gdonensiu, & D. Basilio Cappadocum, episcopis  
 stant. Magn. que ipsius Christi qui traditionum euangelicarum  
 Jo. Damascen. etor, est abrogare & conuellere auctoritatem. Quae  
 lib. 1. de cultu vero, non dicam temeritatis sacrilega, non dicam  
 imaginum. ma dementia, sed fanatici furoris insit illi veteri ha-  
 corum cauillationi, *Apostoli, reliquique non intellexerunt  
 diuina oracula; Nobis Deus per Spiritum suum reuelauit  
 nuper*, nemo ignorat. Quid enim? siquid controuersum  
 nascatur, siquid in quaestione nouam recens veniat, ne  
 ne ad antiquissimas quasque ecclesias recurrendum est  
 quibus sunt versati apostoli, quas sanguine dedicauerunt  
 ab eis accipiendum quod certum, quod verum, quod  
 quidam sit? Quid vero? si neque apostoli nobis scripturas  
 reliquissent, nonne oporteret traditionis ordinem seruari  
 & ex illis quarere quibus ecclesias commiserunt? Sed  
 iustinus profecto istuc detulit Ecclesiae, vt nec euangelium  
 fuisset crediturus, nisi eum Ecclesiae commouisset auctori-  
 ritas. Scripturas enim in libris, tanquam in arboribus  
 lia, in Ecclesia sensum & intellectum esse sciebat, eamque  
 non in legendo, sed in intelligendo consistere. Multo  
 ne elleboro opus est, multaque non succerint Antiquorum  
 eius infano curando capiti, qui post apostolos, post  
 martyrum confessorumque myriadas, post tot ecclesiarum  
 rum omnium pastores, doctores, episcopos, sibi semper  
 adhuc quippiam censet perquirendum, & indicandum  
 Te pacatum itaque reddat (inquit D. Basilius quem D.  
 Theodorus lumen orbis terrarum vocat) traditio. De  
 minus ita docuit, sic Apostoli predicauerunt, ita Patres  
 obseruarunt, confirmarunt martyres: sufficiat dicere, me  
 edoctus sum. Si quando alia quam didicimus, a nouato-  
 ribus suggerantur; hac machara, ceu Herculis claua, re-  
 tundenda sunt, & istoc antidoto aduersus vitiligatorum  
 vete

Contra epist.  
 Fundamenti  
 cap. 5.

Hieron. cont.  
 Laosetianos.

rendum, auctore S. Athanas. Patres & maiores nostros  
 non ista sensisse, non ita docuisse, non sic seruauisse. utro-  
 que ergo tempore siue aiant, siue negent quippiam hære-  
 tici secus atque traditum, & hactenus in ecclesiis aposto-  
 licis traditum, aut per episcoporum, doctorum, pastorum  
 successiōem perpetuam diffinitū habitūve est, hoc sin-  
 gulari vmbone excipiendum, repercutiendumque est, ne  
 syllabam quidem vnā, præter ea quæ accepimus (yt in-  
 quit Basil.) commutandam, aut iam dubium vertendam.  
 Ad nobis persuasum esse debet, nihil magis nefarium esse,  
 quam transgredi terminos à patribus positos. Si enim Ter-  
 minus ille nulli Deorum sibi cedendum putauit, de quo  
 Ouid. 2. Fast. quis ita sacra profanis miscere audeat, vt ri-  
 tum, religionumque modos ac fines, vltra quos citraque  
 nequit consistere rectum, immutet, transferat, inuertat?  
 Hanc nostram esse mentem altè animis repositam, hanc  
 solidam stare nobis, firmamque sententiam dicendum,  
 quicquid illi, siue minas, siue blandicias crepent. Neque  
 illorum odium magnopere metuendum, neque studium  
 affectandum, aut captanda beneuolentiā, aut eorum ti-  
 menda maleuolentiā, à quibus vituperari maximæ laudi;  
 amari, vitio à probis quibusque vertitur. Puerorum est  
 istis moueri: eum vero qui bene ac probe diuinis literis  
 enutritus sit, nullum genus mortis potius detrectare o-  
 portet, quam religionibus sacrosanctis nunciū remitte-  
 re. Nihil ego prorsus nouatorum istorum cauillis oportu-  
 nius respondendum duxerim, nisi istuc Pauli apostoli  
 dumtaxat, An à vobis verbum Dei processit, aut in vos so-  
 los peruenit? verum (quod de Periliano Donatista dice-  
 bat August.) litigare & belligerari volunt isti, non dispu-  
 tare. libr. 2. cont. lit. Petil. cap. 61. D. Athanasius in-  
 stitutus in catholica fide D. \*Iouinianum Imp. A. vt  
 is ab illo efflagitauerat, suæ Orthodoxiæ certissimum  
 fortissimumque argumentum ita statuit: Omnes eccle-  
 siæ quæ sunt in Hispania, Britannia, Gallia, Germania,  
 Campania, Italia, Dalmatia, Mysia, Macedonia, Gra-

*Epist. ad Epi-  
 scopos  
 Corini.*

*Apud Theodo-  
 rit. Eccl. hist.  
 lib. 4. cap. 19.*

*Epiphon. 10. 2.  
 lib. 1. hæres. 75*

*Basil. ibid.*

*1. Corinth. 14.*

*al. Iouianum.  
 Nicaph. Call.  
 eccl. hist. lib.  
 20. cap. 47.  
 Theodori. lib.  
 4. cap. 3.*

cia, Africa, Sardinia, Cypro, Creta, Pamphilia, Lyciam, Syria, Ægypto, Libya, Ponto, Cappadocia, denique tota oriente (exceptis illis paucis ab Arrianis occupatis) res ei re- cum & cum concilio Niceno sentiunt & sapiunt: neque seip- sunt vero tam pauci iique suo pre iudicio, & concilio perpe- dammati, praiudicare orbi vniuerso: ea igitur fides tenim- da est, quam tot populi, tot ecclesie, tanta consuetudine iam us- tot annorum centenarios probatam habuere.

*Lib. 1. ca. 2. 3.*

Isdem rationum probationumque momentis aduersus sciolos illos Gnosticos Valentinianos D. Lugdunensis: Ecclesia per vniuersum orbem vniuersas fines terre seminata, & ab apostolis & eorum discipulis cepit eandem in Christum fidem: hanc fidem, hanc predicationem (ait) diligenter custodit, quasi vnam domum inhabitans; & similiter iis credit, quasi vnam animam habens, & vnum cor; & consonanter hæc prædicat, & docet & tradit quasi vnum possidens os. nam etsi in mundo loquelæ dissimiles, attamen virtus traditionis vna & eadem est. Neque hæc quæ in Germania sunt fundata ecclesia aliter credunt, aut aliter tradunt; neque hæc quæ in Iberis sunt; neque hæc quæ in Celtis; neque hæc quæ in oriente, neque hæc quæ in Ægypto, neque hæc quæ in Libia; neque hæc quæ in medio mundi sunt constitutæ: sed sol creaturæ Dei in vniuerso mundo vnus idemque est & lumen & veritatis prædicatio, vbique, eodemque modo lucet, & illuminat omnes homines, qui volunt ad agnitionem veritatis venire. Et neque qui valde præuallent in sermone, ex iis qui ecclesiis præsunt, alia quam hæc prædicat. nemo enim est supra magistrum, neque inferior in dicendo deminorabit traditionem. Cum namque vnus eademque fides, neque is qui multum de ea potest dicere, amplius dicet vnquam quam res sit; neque qui parum dicendo valet, dicet minus quam oportet, aut minus quam res est. Neque nos mouere debent tot tantæque procellæ seu hæreses, seu persecutionum, seu mortuum temporumve malitia tanquam tempestates quædam in-



...a, Lyca...  
 ...que...  
 ...patris...  
 ...nt, non...  
 ...e con...  
 ...fides...  
 ...onfe...  
 ...raptam...  
 ...entis...  
 ...s D. In...  
 ...em v...  
 ...discip...  
 ...hanc...  
 ...am do...  
 ...anim...  
 ...at, &...  
 ...munde...  
 ...vna...  
 ...data...  
 ...qua...  
 ...qua...  
 ...x in L...  
 ...e: sed...  
 ...que...  
 ...nt ad...  
 ...r. v...  
 ...n hac...  
 ...e inf...  
 ...amque...  
 ...ea po...  
 ...ue qui...  
 ...aue...  
 ...tant...  
 ...i mor...  
 ...edam...  
 ...grue...

...gentes, & nauicula S. Petri summa vi imminentes, ac  
 ...extrema quæque comminantes, quum & longe grauioribus  
 ...ei arumnas sæpe multis ante temporibus, & eam semper  
 ...per seipsa clariorem euasisse, sexcentis exemplis liqueat,  
 ...perpetuosque ex bellis hucusque triumphos duxisse. Siue  
 ...penitus præteritorum temporum nequitiam inspiciamus,  
 ...non extinctam turbine, non ventorum vi aliorum  
 ...raptam, non fluctibus rabidis perturbatam, non fractam,  
 ...sed vexatione purgatam, liuoribus sanatam, necibus vi-  
 ...virentioremque Ecclesiam peruidebimus. Siue illorum  
 ...temporum populos tanquam coram præsentibus  
 ...colloquentes conuenias, eandem protinus nobiscum  
 ...fidem confiteri, religionemque tenere audias. En-  
 ...tenemus omnium cæli climatum, omniumque terrarum  
 ...populos, nobiscum in vnam fidei religionisque  
 ...sententiam conspirantes. Quid si iam omnia mihi Con-  
 ...cilia passim toto orbe inita, quotannisque coire solita ex  
 ...præceptione sanctioneque apostolica, recensenda sint:  
 ...quid si omnium vbiq; conciliorum, omnium ecclesiarum,  
 ...omnium gentium, omnium ætatum patres mihi sint  
 ...percensendi; quas putamus copias, quas phalangas, quot  
 ...testium myriadas in aciem campumque in rem quam di-  
 ...ximus, sum producturus? Si mihi miles vniuersus con-  
 ...scribendus est, qui diu olim sub tot tantisque Imperatori-  
 ...bus, cum Romani, tum Constantinopolitani Imperii,  
 ...Regibus Hisp. Gall. Britan. Lusitaniæ, Daniæ, Sueuiæ,  
 ...Norueg. Ital. Polon. Vngar. Bohem. aliisque infinitis, cum  
 ...defensandæ, tum propagandæ religioni Christianæ serui-  
 ...uit ab origine prima; quis (oro) locus satis patens satisque  
 ...vastus esse possit, qui exercitus eius frequentiam capere  
 ...valeat? si omnium Conciliorum sanctiones, si omnium Im-  
 ...peratorum, Regum, exarchorum, principum leges hic enume-  
 ...rem; certe & illos mortales religiosissimos fuisse, in cõfesso  
 ...erit omnibus: deniq; eos quidem obseruatæ religionis  
 ...præmia manere; nos vero, siue neglectæ, siue contemp-  
 ...tæ, daturos aliquando pœnas. Equidẽ supplicii tarditatem

Can. apost. 38.  
 al 36. Concil.  
 Nice. 1. can. 30.  
 Concil. Anstio.  
 cap. 20.

& dilationem, non pauci aut ignoscantiam, aut di- Eius  
 prouidentia oscitantiam existimant. Verum si rem, itea ora  
 diuinam, inquam, offensam ex æquo & bono metiar, regina  
 exemplis temporum præteritorum; vereor ego vehemētius  
 ter, ne Numinis ira tarde ad sui vindictam procedens, om  
 ditatē supplicii, & grauitate & perpetuitate aliqua  
 penfer; & ne nos inlitar eorum qui fenus perpetuo gl  
 contemnunt, in vtramq; aurem securi, pœnarū, arant  
 rum, calamitatū vsuram tandem recipiamus, & malor  
 piaculorumq; quæ deprecari negleximus, immensam  
 si hæc Belgica prouincia humana voce uti posset, quos  
 ret luctus, quos componeret elegos modos, quam tri  
 ediceret, quæ nemo, quantumuis laxus, tameris è Can  
 so natus, audiens temperet à lachrymis! O quales, qu  
 quantas deponeret querelas, quam dissimilibus dom  
 olim, atque nunc, se se administrari desisteret! O quant  
 mutatis, ab illis? ingenua, inquit, sum & liberali mo  
 nata, neque obscuro loco. Fidei religionisque aucto  
 nancisci quasi sorte auspiciata Deus Opt. Max. totius  
 ius vniuersitatis rerum Præses voluit, adeoque parces  
 seu auos, seu abauos, seu atauos, Maternum, Memnium  
 Eucharium, Valerium à S. Petro rectissima linea fidei  
 scendentes, hucque destinatos; deinde S. Quintinum  
 Piatonem, Rufinum, Valerium alterum, Eugenium, C  
 spinum, Crispinianum, Lucianū, Marcellum, Regulat  
 Fuscianum, Victoricum, Eleutherium indigenam Nere  
 um, Chrysolium Armenium, cæteros seu Romanos  
 Gallos S. Clementis Rom. discipulos: hos ego proge  
 tores habui; hi sunt harum vbique ecclesiarum antistites  
 hæc est diuina Soboles celo demissa sereno; hi patria  
 hanc suo cruore fœcundam, meritis validam, virtutibus  
 florentem, signis editis rebusque præclaris celebrem, o  
 mni postremo hac ecclesiarum successione, pastorum do  
 ctorumque apostolicorum longa serie,

*Fecerunt pulchra cœu posteritate parentem.*

*Placent. in  
 ead. episcopi  
 Turgrons. Bru  
 sen. Democh.  
 Par. de Natal.  
 lib. 5. cap. 116.  
 lib. 9. cap. 206.  
 lib. 1. cap. 57.  
 lib. 2. cap. 55.  
 Antonin. par.  
 3. hist. 1. r. 6. c.  
 26. Mayra*

Eius pulcherrimæ proles, secundum promissa & Prophe-  
tica oracula, Imperatores & reges nutriti, Imperatrices, &  
reginæ factæ sunt, diuino nutu, obstetrices: Et quidem ha-  
tenus ita inter Augustorum amplexus, & pientissima vo-  
ca, omnis progenies hæc adoleuit, sumpsit vires, estq; ata-  
tum momenti aucta, vt futuri posteri estimari non potue-  
rint, neque opibus, neq; copiis inferiores. Verùm cheu, ô  
malum, prohi dolor, miserimum infelicitatis genus est,  
fuisse aliquando felicem: neque cuiquam tantopere dolet  
fortanè felicitas nunquam habita, atq; tam turpiter amissa:  
nihil verius illo elegantissimo dicto Poëtico,

*Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri.*

Et certè

*Florimus quondam, sed flos fuit ille caducus:*

*Et fumus Troës: verùm,*

*Encampos, vbi Troia fuit.*

Ita siquidem comparatum est, vt Respub. diu esse inco-  
lumis nequeat, quæ non iisdem artibus atq; virtutib. perpe-  
tuò seruetur, ac veluti lacte eodem foueatur, quibus fuerat  
olim parta & educata. Est enim Reip. vt sic dicam, educa-  
tio, altera natura. Sicut igitur, mutata nutrice, mutatur ha-  
bitus statusq; naturæ, & proles vario lacte nutrita ferè fit  
scabiosa, morbisq; infecta: ita Respub. primùm delicatissi-  
mè educatà à matre, deinde à nouerca degenerare vberè la-  
ctata, non potest non esse humorib. affecta corruptissimis.  
Quemadmodum verò benè constituendæ ordinandæ que  
Reip. prima elementa sunt religionum sacrarum momenta  
ac rationes; ita declinantis Reip. ne dicam inclinatæ incu-  
nabula sunt (si Isocrati, Platoni, Tito Liuiò, Plutarcho, A-  
ristot. M. Tull. Valer. Max. cæterisq; id genus, credimus) re-  
ligionum socordia, indiligentia, neglectus. Verùm hæc  
alias.

Cæterùm obiiciet, imò obganniet fortè quispiam, &  
queret, vnde sciamus Apostolicas esse illas omnes quas re-  
tulimus Ecclesias. Cui in primis respondemus, Homine in-  
docto nihil impudentius: quicquid enim dicas, nihil dixe-  
m

ris, nisi id dixeris quod ei vilum est & probatum. de Hor  
 homine malitioso, nihil magis improbum: is enim ita at qu  
 perplexari, Non pactum, pactum, pactum, non pactum non  
 quod illi liber: & is non tam sensus aut intellectus, quam tan d  
 nimi voluntatisq; vitio laborat, & prorsus mala mens, ma  
 lus animus. Sic olim Manichæi & alii hæretici non su  
 quædam scripturas admittebant, quædam reiiciebant, pra  
 omnis de medio scripturarū auctoritas semel deleteretur exto  
 quit D. Augustinus) & suis cuiq; animus, suum cuique vel e  
 temnium auctor sit & auctoris instar, quid in quaque om  
 ptura probet, quid improbet, id est, non auctoritati su  
 ciatur scripturarum, vt quippiam credat, sed sibi ipse stoli  
 ciat scripturas, easque suo sensui feruire cogat, etiam re ver  
 gnantes: vt ideo quid rectè riteque scriptum videatur, dem  
 illi placet, non quod eo nomine ei placere debeat, que scho  
 scriptum sit. Iam verò, vt ad rem veniamus: cur non Eua extri  
 gelicæ, Apostolicæ, Ecclesiasticæ traditioni concedamur phi  
 tanta vetustate fundatæ, tanto vfu roboratæ, omnium Cur  
 postolorum, martyrum, reliquorumque virorum claris bus  
 morum sanguine, sanctitate, meritis commendatæ, hu auct  
 usque ad vnguem obseruatæ, quum non aliter, quàm tr fias,  
 ditione atque relatione alia complura sciamus, quæ tam ille  
 certo certius ita esse tenemus: nam, vt magnis conferre hor  
 hi liceat parua, vnde (amabo) Socratem cuncti, quotque sper  
 sunt eius Philosophiæ candidati, credunt Sophroni alte  
 & \* Panatistæ filium? vnde Anaxagoram, Damonem alio  
 Archelaum eius fuisse præceptores? Vnde vxor aspe  
 Xantippen & Myrtonem asserent? Vnde certatim qua  
 pauca ciuitates Græciæ sibi Homerum vendicant? Vnde tint  
 Colophonii suum ciuem; vnde Chii, Salaminii, Smyrnegi, Col  
 alii aliique suum asseuerant, esseque contendunt contra pñ  
 bulem, nisi ex diuersa maiorum quasi per manus traditio lym  
 ne? Vnde hosce quidem Platonis, cognomento diuini uat  
 illos autem Aristotelis libros mihi persuaferim? Vnde cob  
 Theophrasti, alii Demosthenis, alii M. Ciceronis, alii Vat  
 ronis, alii P. Vergilii; alii Ouidii, Persii, Martialis, Iuuenalis,  
 Hora-

It. 2. contra  
 Faust. Mani. h.  
 cap. 19 & 24.  
 P. i. Hieronym.  
 Ep. 41. Pan  
 thonic.

al. Phanarste.

C. pro A-  
 chia. Jul. Gel.  
 lib. 2. cap. 11  
 Attic. nost.  
 Herodot.  
 Antarch.

Horatii, Macrobij, Galeni, Hippocratis, aut alii, aliorum, atque aliorum, usque adeo esse creduntur; ut si quis neget, non solum refellatur, non solum sibiletur, verum etiam tanquam demens iudicetur, qui notissima fama, certissima temporum serici, constantissimo rumori per aetatum successione quasi per manuum traditionem insolenter praesumat reclamare? Ego igitur quae iam in lucem edo, vel ex totius Ecclesiae Cathol. auctoritate à maioribus tradita, vel ex Scripturae diuinæ literis, vel Physica ratione collegi omnia. Contra verò rationem nemo sobrius, contra diuina oracula nemo Christianus, contra Ecclesiarum Apostolicarum cunctarum consensione, antiquitatem, vniuersitatem nemo pacificus senserit. Quocirca (ut coronidem addam) qui isthac negat; is non quæuis, sed totius scholæ Christianæ bases, & fundamenta usque ab radicibus extirpat, evertitque, & negat prorsus, quæ vocant Philosophi disciplina principia, quæ sunt cum primis certa ac vera. Cumque eiusmodi vitiligatore non rationibus, sed fustibus Aristoteles censeret agendum: apud Christianos certè, auctore Christo, qui hasce Apostolicas non audit Ecclesias, inter Ethnicos & Publicanos censendus. Non enim ille, quisquis est, satis intelligit illud altitonantis fulmen horrendum: Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit. Neque ille amens, tantum Apostolum vnum vel alterum, non is aliquot Cyprianos, Ambrosios, & id genus alios Christianæ fidei seu Atlantes, seu Achilles inuictos aspernatur; verum etiam Apostolicas Ecclesias vniuersas, quas literæ quoque diuinæ celebrant, Romanorum, Corinthiorum, Galatarum, Ephesiorum, Thessalonicensium, Colossensium, Philippenisium, Laodicensium; ad quas scripsisse Sanctum Paulum nemo inficiabitur. Is Hierosolymitanam contemnit Ecclesiam, quam ipsiusmet Saluator fundauit, cui primus post Christum Sanctus Iacobus frater Domini praesedit. Idem renunciat Antiocheni, vbi discipuli primùm dicti sunt Christiani. Item

Aug. lib. 33.  
cont. Faust.  
Man. cap. 6.

Aug. lib. 4. de  
Trinit. cap. 6.

Matth. 28.

Luc. 10.

Aug. lib. 2.  
cont. Crescon.  
gram. cap. 137.

Act. 11.

Smyrnenſi, Theatyrenſi, Sardenſi, Pergamenſi, Philoſophenſi, Laodicenſi, quibus iuſſus eſt ſcribere Apocalypſin. S. Apoſtolus Ioannes. Item tot aliis Eccleſiis Ponti, Cappadocia, Bithynia, Aſia, quas inſtituit S. Petrus: & que quicquid alias ſe S. Paulus ab Hieruſalem uſque ad Lyricum Euangelio repleuiſſe affirmat. Vt de aliis Africa, Europa, Indiarumq; partibus taceam, in quas ex Apoſtolicis laboribus, & plantationibus propagata hodieque creſcit, Eccleſia. Quid itaque exiſtimandae gere, hic iam nunc, Eccleſia Belgicana, niſi Diuini huiusmodi opem & fidem implorare, & auribus cum S. Romanae Eccleſiae Sanctiſſ. D. N. Pontificis Max. Gregorii XIII. Regisq; Catho. tum duumuiratui, tum & exarchatui ſtruiſſ. Ducum de Alua, & Medina Cali, inſufurrare eam perpetuo cantilenam, nihilque praeterea, niſi haec duntaxat auream perorationem: *Et fides  
& uita me reddo priori.*

Rom. 15.  
Temſetani  
tamen Indi  
antipodes non  
tam fidem ac-  
cipiunt, quam  
olim acceptam  
recipiunt: eoſq;  
primos & ty-  
pographia, &  
machinarum  
saxum, quas  
bombardas  
vocant, eſſe in-  
uentores non  
eſt dubium:  
tamenſi S. Bo-  
nifacius Ep.  
ſcopus No-  
guntinus ac-  
cuſariſſ. olim  
D. Virgilium  
Ep. ſcipum Sa-  
liburgenſem  
apud Zacha-  
riam Pont.  
Max. quod pro  
concione aſſe-  
ruſſet eſſe an-  
tipodes, ut ha-  
bet Auent. lib.  
3. Annal. Ro-  
manorum.

S. PISC

# S. PISCATORIS PE- TRI SAGENA, SIVE, CA- TALOGVS TOTIVS ORBIS POPVLO-

rum Christo olim, Christianæq; fidei ritè nuncupatorum,  
inde ab ipsa nascentis Ecclesie Catholicæ infantia pri-  
ma, vsque ad mundi huius decrepiti hernio-  
siq; extremum delirium.

<b>A</b> B A S G I <i>sive</i> <i>Abasagi.</i>		<i>Amasai.</i>	102
pagina	141	<i>Ambianenses.</i>	118
<i>Achaici.</i>	102.109	<i>Amburarii.</i>	149
<i>Acherontini.</i>	132	<i>Ammoniceni.</i>	115.134
<i>Adriantide.</i>	114	<i>Amphipolenses.</i>	109
<i>Aduatici.</i>	149	<i>Anaginenses.</i>	131
<i>Aegyptii.</i>	106.134	<i>Anchemtani.</i>	132
<i>Aethiopes.</i>	102.103.104	<i>Andegauenses.</i>	117
<i>Afri seu Africani.</i>	104	<i>Angli.</i>	119.123.124.126.141
<i>Argentini.</i>	132	<i>Anglosaxones.</i>	125
<i>Arrippienses.</i>	121	<i>Antubareses.</i>	132
<i>Archstadiani.</i>	152	<i>Antiocheni.</i>	97.101.108.114.
<i>Alani.</i>	141		134
<i>Alarinienses.</i>	131	<i>Anthropophagi.</i>	103
<i>Albani. al. Albanenses.</i>	131	<i>Antipodes.</i>	168.169
<i>Alborenes.</i>	132	<i>Antucripienses.</i>	150.159
<i>Aldenburienses.</i>	162	<i>Apamienses.</i>	115
<i>Alexandrinii.</i>	106.134	<i>Apodrica.</i>	161
<i>Almarinienses Hispania.</i>	116	<i>Apollonii.</i>	109.114
<i>Allobroges.</i>	119	<i>Aprucii.</i>	132
<i>Alostani.</i>	119.149.150	<i>Apulienses.</i>	ibid.
<i>Alfati.</i>	119.122	<i>Aquenses.</i>	117
<i>Ambacti.</i>	119.149	<i>Aquilegenses.</i>	132

<i>Aquisgranenses.</i>	121	<i>Beruitenses.</i>	
<i>Aquitani.</i>	131	<i>Berrhoeenses.</i>	
<i>Arabes.</i>	108.113	<i>Beruticenses.</i>	
<i>Arabes felices.</i>	104.138	<i>Bennui.</i>	
<i>Arabes deserti.</i>	134	<i>Biblienses.</i>	
<i>Arabes Catholici.</i>	ibid.	<i>Biscaini.</i>	
<i>Aragones in Hispanis.</i>	133	<i>Bituriges.</i>	
<i>Arboraci.</i>	119	<i>Bithynienses.</i>	
<i>Arelatenses.</i>	116	<i>Bizantini.</i>	
<i>Argentinienses.</i>	122.147	<i>Bizuntini in Burgundu.</i>	
<i>Armeni.</i>	102.138.141	140	
<i>Aruernenses.</i>	116	<i>Boemi, al. Bohemi.</i>	153
<i>Assenses.</i>	110	<i>Bosphorenses.</i>	
<i>Asiani seu Asiatici.</i>	97.102	<i>Bosnenses.</i>	145
110.111		<i>Bostrenses.</i>	
<i>Attalienses.</i>	108	<i>Brabantini, al. Brabantii.</i>	
<i>Athemenses.</i>	109	149.150	
<i>Airebatenses.</i>	119.120	<i>Braccarenses.</i>	
<i>Auares, al. Abares.</i>	140.158	<i>Bragmani.</i>	104
<i>Augustani Vindelicorum.</i>	123	<i>Bremenses.</i>	
145.163		<i>Britanni. 111.119.123.124.</i>	
<i>Aulicenses.</i>	152	<i>Brutones.</i>	
<i>Aureatini.</i>	ibid.	<i>Brixienenses.</i>	
<i>Aurelianenses.</i>	116	<i>Brudenses.</i>	
<i>Austrasii, al. Austriaci.</i>	122	<i>Brugenses.</i>	
<i>Azotii.</i>	101	(158)	
<b>BACTRI.</b>	104	<i>Bruxellenses.</i>	
<i>Baiocenses.</i>	117	<i>Bulgari.</i>	
<i>Barbari.</i>	104.141	<i>Burdegalli.</i>	
<i>Barenenses.</i>	132	<i>Burgundiones.</i>	139.147
<i>Basileenses.</i>	122.147	<b>CATILLONENSES.</b>	
<i>Batani.</i>	148	<i>Calabri.</i>	
<i>Bavari, al. Baioarii, al. Boi.</i>	122.145.155.158	<i>Chalcedonenses Bithynia.</i>	114
<i>Belge.</i>	119.149	<i>Chalcedonenses in Gallis.</i>	133
<i>Benaventani.</i>	132.143	<i>Calesii in Flandris.</i>	119
		<i>Cameracenses.</i>	129
		<i>Campani.</i>	131



Canienses.	108.114	Constantinopolitani.	102.113
Cantabri in iugis Pyrenaei.	171	131.134	
Cantones.	119.122	Corinthii.	109.113
Cariani, al. Cäruarienses.	127	Coronienses.	114
Cappadoces.	97.134	Cretenses.	112.139
Capernaita.	100	Croatienses.	145
Capuani.	132	Chuni.	140
Carantani.	158	Cumani.	167
Carinthiani.	156.162	Curates.	164
Carni.	156.162	Churienses.	122.146.147
Carnotenses.	117	163	
Carthaginenses in Afris.	104	Cyprii.	101.108
113		Cyrenaeici.	101
Casinienses.	132	Cyrenenses.	115.134
Cataloni in Gallis.	117	DACI, al. Dani, al. Dau.	
Catanienses.	131	134.136.146.156	
Celiberi.	118	Damasceni.	107.112
Cenchrenses.	109	Dalmatae.	114.145
Cenomani.	115	Dardani.	115
Cesareenses Palestina.	101.134	Deienses.	129
Cesareenses.	108.109.110.114	Derbenses.	108
Cesaraugustani in Hisp.	133	Dionantenses.	121
Chii seu Chienses.	110	Doriscestrenses.	127
Cilicenses.	109	Donnerenses in Anglis.	119
Coi.	110	127	
Clusenses.	148	Diospolita.	115
Climocenses.	125	Dyrrachionenses.	114
Colocenses.	133	EBORACENSES.	125
Colonienses.	121	Ebroicenses.	117
Colophonada.	114	Eburones.	121
Colophonii.	115	Edesseni.	102.104.106
Colossenses.	114	Elstertenses.	122.152
Compostellanici.	133	Eleuthero-polita.	114
Conani.	132	Eliberini, al. Granatenses.	133
Constantienses in Germanis.	145	ERCIENSES.	157
		Ephesi.	109.112.114.

<i>Ergonienses.</i>	144	<i>Herbipolenses.</i>	122
<i>Erythraei.</i>	104	<i>Heruli.</i>	141.154.156
<i>Estones.</i>	164	<i>Hiberni.</i>	123.125
<i>Eulata.</i>	107	<i>Hieropolita.</i>	
<i>Europaei.</i>	102.111	<i>Herosolymitani.</i>	110.101
FERETINENSES.	131	<i>Hildesheimenses.</i>	
<i>Franci.</i>	115.141	<i>Huicii.</i>	
<i>Franconienses.</i>	152	<i>Hircani.</i>	104
<i>Flandri.</i>	119.149.150	<i>Hispani.</i>	111.116
<i>Frisingenses.</i>	122.162	<i>Hispalenses.</i>	
<i>Frisones.</i>	122.148	<i>Hollandi.</i>	
<i>Fudanenses.</i>	131	<i>Hungari.</i>	133.153
GAIETANI.	131	<i>Hunni, al. Hani, al. Chini.</i>	
<i>Galata.</i>	97.109	140.141	
<i>Galli.</i>	111.115	<i>Hyperborei.</i>	
<i>Galilei.</i>	101.103	JADRIENSES.	
<i>Galiffi in Hisp.</i>	133	<i>Januenses.</i>	
<i>Gandenses.</i>	120.150	<i>Iberi.</i>	137.140
<i>Gazai.</i>	101.115	<i>Iconienses.</i>	108.109
<i>Geldri.</i>	148	<i>Iaruntinenses.</i>	
<i>Gepidae.</i>	141	<i>Illyrici.</i>	111.112.113
<i>Germani.</i>	104.111.122.141	<i>Immerini.</i>	
<i>Getae.</i>	136	<i>Indi Fortunati.</i>	
<i>Gotthi.</i>	138.141.143.146	<i>Indi, al. Indiani.</i>	104.105
<i>Gradenses.</i>	132	138.143.167	
<i>Granatenses.</i>	133	<i>Irlandi.</i>	127
<i>Graci.</i>	110	<i>Ismaelita.</i>	131
<i>Guerrzenses.</i>	133	<i>Itali. 96. &amp; seqq.</i>	111.114
HALBERSTATENSES.	152	<i>Judaei.</i>	100. 101.103.113
<i>Hamburgenses.</i>	153	139.141	
<i>Hannonienses.</i>	119	<i>Juliacenses.</i>	141
<i>Hasbani.</i>	121	<i>Junanienses.</i>	133
<i>Hedui.</i>	117	LANDII.	121
<i>Helladenses.</i>	112	<i>Laodicenses.</i>	114
<i>Helvetii.</i>	119.122	<i>Lemoniacini.</i>	116
<i>Herachenses.</i>	115	<i>Leodenses.</i>	121
		<i>Lindisfen-</i>	

122	Lindiffenses, al. Lindistar-	Mauri & Mauritani.	104	
154.156	nenses.	127	Mechlinenses.	150
123.125	Lingonenses.	116	Medi.	104
	Lipnenses.	167	Mediolanenses.	112.132
110.101	Livani, al. Lirenses.	151	Nieogenses.	114
	Lituani.	166.167	Mecisoburgenses, al. Mel-	
	Luones.	166	reburgenses.	162
102	Londonenses, al. Londinen-		Meldenses.	116
111.116	ses.	125.127	Menapii.	148
	Lombardi.	142.143	Mempiscani.	119.149
	Lotharingi.	119.121	Meren.	125.127
133.151	Lubecenses.	162	Mesi, al. Mesii, al. Misii.	
al Ch	Lugdunenses.	116	109.111	
	Lupili.	121	Merenses.	121.122
	Lusitani.	116.133	Miterenses, nunc Maltani.	
S.	Lutetiani.	115	110	
	Luzeburgenses.	119	Middelangli.	125
137.1	Labyi.	115.134	Mindenses.	153
108.10	Lycanii.	108.109	Mitylenenses.	110
	Lydi.	134	Moabitida.	134
1.112.	Lystri seu Lystrenses.	108.114	Moguntiaci, al. Mogunt-	
14	MAGEDONES.	102.109.	nenses.	122
17	110.113		Morani.	156
104.10	Magi.	104.107	Morini.	119
	Magdeburgenses.	164	Monasterienses, al. Min-	
127	Magnopolita.	162	gardenses.	153
13	Marcomanni.	156	Mosci, al. Mosconita.	155
111.114	Marathoniani.	114	NAMVRCENSES.	121
103.107	Marmaricenses.	115.134	Narbonenses.	116
	Masarenses.	131	Nauarreni.	148
141	Massilienses.	117	Nazarethani.	134
115	Mathenses.	156	Neapolitani Italici.	132
121	Mausconenses.	116	Neapolitani Asiatici.	109
114	Matinenses.	132	Nemeres.	119.1. 6
116	Mattiaci, al. Mettiaci.	148	Nepotolanenses.	4
121	Maxarenses,	164	Nerui.	

Nicai.	115	Pergenses.	
Niceni.	102	Perinthii.	
Nicomedienses.	113	Perse.	104.138.143
Nordalbingii.	153	Philippenses.	102.110
Nordalumbri.	125	Picardi.	
Normandi.	117	Pictavienses.	
Nordmanni.	153.154	Picti.	123.124
Norici.	144.158	Pisani.	
Noruegii.	134.146	Pisidienses.	
Nomimenses.	120	Polacri, al. Poloni.	133
Numida.	104	Pomerani.	
Nusii.	148	Pontiani Europæi.	
ODYSSEI.	113	Pontiani Euxini.	102
Oldenburgenses.	162	Pontini, al. Pontinenses.	110
Orchades.	III.126	sia.	
Osnaburgenses.	153	Portuenses.	
Ostiensis.	131	Portugalli.	
PADERBORNENSES.	153	Phryges.	102
Paduani.	132	Prussi, al. Pruteni.	
Palastini.	97.100	Ptolemaida.	110
Paneades.	114	QVADI.	
Pannonæ seu Pannonii.	136	RAGVSNENSES.	
144.145.158.161		Rasii.	
Pamphilienses.	108	Ratisponenses.	123
Pamphiloni, al. Pompeiopolita.	148	Rauennates.	115
Panormitani.	131	Razeburgenses.	
Paphenses.	108	Reatini.	
Parisienses.	115	Rhegimenses.	
Parthi.	104	Rhemenses.	
Patareni.	110	Rhetii. 123.144.145.147	
Patrenses.	102	Rhodi, al. Rhodienses.	
Patrini.	113.167	Roffenses.	
Phenices.	101.110	Romani. 96. & seq. 110. & seq.	
Pentapolita, al. Pentapolitani.	115.134	Romandiolani.	
		Rothomagenses.	
		Rugi. 144.155.157.161.164	

INDEX.

187

	<i>Ruffi</i> sive <i>Ruteni</i>	145.155	<i>Smyrnenfes.</i>	113.115
	SABÆI.	107	<i>Sogdiani.</i>	102
138.143	<i>Saberi.</i>	140	<i>Solenses.</i>	158
102.110	<i>Sabini, al. Sabinenses.</i>	131	<i>Sopli.</i>	144
	<i>Sacci.</i>	102	<i>Soronenses.</i>	131
	<i>Sagineses.</i>	131	<i>Spalatenfes.</i>	132
23.124	<i>Salisburgenses.</i>	123.155	<i>Spirenfes.</i>	119.146
	<i>Salaminenses.</i>	108	<i>Spoletani.</i>	132
	<i>Salernitani.</i>	132	<i>Stalintendenses.</i>	152
133	<i>Samarita, al. Samaritani.</i>	101	<i>Stetini.</i>	164
	<i>Sambones.</i>	164	<i>Stridonenses.</i>	133
	<i>Samenses.</i>	110	<i>Syrii.</i>	156
102	<i>Samogera.</i>	167	<i>Sueci, al. Sueni.</i>	119.141.146
enfes in	<i>Samothracas.</i>	109	153	
	<i>Saprienses.</i>	113	<i>Suernienses.</i>	162
	<i>Saraceni.</i>	138.139	<i>Suessiones.</i>	118
	<i>Sardicenses.</i>	114.136	<i>Suretini.</i>	132
102	<i>Sardinenses.</i>	132	<i>Syluanectenses in Gall.</i>	116
	<i>Saxones.</i>	147.148.156	<i>Synopolenses.</i>	102
110	<i>Scandiani.</i>	146	<i>Syracusani.</i>	131
	<i>Sclani.</i>	145.149.156.158	<i>Syri, al. Assyrii, al. Chaldaei.</i>	97
	161		102	
	<i>Sclauonii.</i>	132.161.167	THABORITÆ.	134
123	<i>Selencienses.</i>	108	<i>Tamisi ad Scaldum.</i>	150
115	<i>Senonenses.</i>	116	<i>Taprobani.</i>	164
	<i>Sequani.</i>	147	<i>Tarentini.</i>	132
	<i>Serbi.</i>	145	<i>Tartari.</i>	167
	<i>Schoti.</i>	120.123	<i>Tarnannates.</i>	119
5.147	<i>Scytha Asiatici.</i>	102	<i>Taurisci.</i>	156
es.	<i>Scytha Europæi.</i>	102.136.141	<i>Tauritani.</i>	132
	145		<i>Terracinenses.</i>	131
	<i>Sicambri.</i>	148	<i>Terraconenses.</i>	133
10. 6	<i>Siculi.</i>	131	<i>Tharsensis.</i>	108.114
	<i>Sinaita.</i>	134	<i>Thebai, al. Thebani.</i>	113
	<i>Sinopi.</i>	113	<i>Theatirenses.</i>	109
7.161.164	<i>Sipontini.</i>	132	<i>Theffali.</i>	102
Ru				

<i>Theſſalonicenſes.</i>	102.109.113	<i>Vangiones.</i>	
<i>Tiburtni.</i>	131	<i>Vaſcones.</i>	
<i>Toletani.</i>	133	<i>Vbi.</i>	
<i>Toloſani.</i>	116	<i>Veſtones.</i>	
<i>Tornacenſes.</i>	120	<i>Verdenſes.</i>	
<i>Tbraces.</i>	102	<i>Verulēſes, al. Verulanēſes.</i>	
<i>Trallēſes.</i>	112	<i>Viennēſes Aueſtria.</i>	144
<i>Traiechtēſes ad Moſam.</i>	121	<i>Viennēſes Gallia.</i>	113
<i>Traiechtēſes ad Rhenum.</i>	148	<i>Vindelici.</i>	123.144
<i>Tranenſes.</i>	132	<i>Vindi.</i>	
<i>Transſyluani.</i>	136	<i>Vindoniſſenſes.</i>	
<i>Trecenſes.</i>	117	<i>Virdunenſes.</i>	
<i>Treuri.</i>	121	<i>Viromandui.</i>	
<i>Tridentini.</i>	137	<i>Vlyſſes, ſeu Vlyſſiponenſes.</i>	
<i>Troades.</i>	109	<i>Umbri.</i>	
<i>Tullenſes.</i>	122	<i>Vngari, al. Hungari.</i>	133
<i>Tungri.</i>	121		161
<i>Turca.</i>	141	<b>WALACHRIANI.</b>	
<i>Turonici, al. Turonenſes.</i>	116	<i>Wendi.</i>	
<i>Tuſci.</i>	132	<i>Wertenburgēſes.</i>	
<i>Tuſculani.</i>	131	<i>Weſtphali.</i>	
<i>Tyri.</i>	110	<i>Wormaciēſes.</i>	122
<b>VALENTIENSES, al. Val-</b>		<b>ZECCHI.</b>	
<b>lerenſes.</b>	131	<i>Zelandi.</i>	
<i>Vandali, al. Vindili.</i>	141.143	<i>Zwitſeri.</i>	119